neqꝫ despexit clamores pauperꝝ. sꝫ cum clamarent exaudiuit eos. Scdam uero condicionē credendum est ipsam habere potissime ex sua fide perfectissima ſm quam dictum est ei. beata que credidisti ⁊c̄ ut supra expositū est. Constat ꝙ per veram fidem redditur homo dignus ad hoc ut peticiões eius etiam si sint valde difficiles a deo exaudiant̄. vñ Mathei. xvij. Si habueritis fidē sic granū synapis dicetis monti huic transi et transibit. fides autem gloriose virginis grano synapis propriissime compatur. Nam supra predictū verbum euangelij glosa sic ait. fidem perfectam grano synapis compat. que in facie humilis est et in pectore feruens hec in glo. Constat autem ex predictis ꝙ cum fides beate v̄ginis ꝑfectissima est ⁊ coniūcta sue maxīe humilitati. quod de ipsi⁹ fide ꝓprie debꝫ intelligi illud verbū euāgelij supdictū. s. Si habueritis fidē ut granū synapis. vñ de illa confitendū est precipue ꝙ valde grauia et difficilia sicut est mōtes trāsferre de loco ad locum. a deo ꝑ fidē quam habuit ꝑfectissimā sue humilitati coniunctā impetrare possit. ꝑsertim cum etiā super hoc habꝫ erga deum maternā dignitatē ꝓpter quam ꝑsumendū est ꝙ sibi non negauit xp̄s quidqꝫ ut in aucte allegata. iij. Rehabet̄. Merito igit̄ ꝓli xp̄iani ad ip̄am tanqꝫ singularē patronam ⁊ aduocatam recurrāt. ad bonum aūt aduocatum pertinet necessitates sue partis circumspicē et eis etiam non requisitis ꝓuidere. vñ bñ. in quodā sermone de ipsa virgine gloriosa dicit. Quid mirum si inuocata adest que etiam nō vocata presto est. Et hec carissime discipule tibi sufficiant circa predicta in hac distinctione.

Sequit̄ 2ᵉ p̄s̄ distinctiō 3ᵉ

Distinctio tercia de scrutinio scripturaꝝ circa quedaꝫ que ad sacrosanctū sacramentū altaris ꝑtinēt q̄bꝫ fidelium deuocio ad ipsius veneracōem excitari debet et continet ·xvj· capitula

¶In ꝑmo capl'o ponit̄ a discipulo quedā admiracō circa sacrm̄ altaris inq̄ntū est viaticum spūale fideliū in hac vita existenciū sicut olim manna viaticū fuit pr̄ibꝫ in desertum ꝑegrinantibꝫ · ad quā respondet̄ per magistrū

¶In 2° capl'o discipulꝰ querit quomō intelligat̄ refectionē spūalem in hoc sac̄mento fieri · ad qd̄ r̄ndetur a magistro per similitudinē refectiōis spūal' ad refectionē corꝑalem

¶In tercio capl'o ostendit̄ ꝙ effectꝰ huiꝰ refectiōis spūal' quo ad vitam spūalem assimilat̄ effectibꝫ refectionis corporalis quātum ad vitam corporalem

¶In q̄rto capl'o ostendit̄ ꝙ effectus huiꝰ cibi supercelestis in spūalibꝫ assimilat̄ effectibꝫ illiꝰ cibi celestis ·s· māne icorꝑalibꝫ

¶In q̄nto capl'o ponit̄ quedā alia admiracio discipuli circa sacramentū altaris · que quidē admiracō ab infidelibꝫ ⁊ cont̄ fidem nr̄am obloquētibus obicit̄ solꝫ · Quā admiracōeꝫ ibidē mgr̄ soluit ꝑ quādaꝫ distinctioneꝫ miracl'oꝝ quā ibi ondit

¶In vj° capl'o · vlteriꝰ reddit̄ racio quare circa hoc sacrm̄ nō fiūt frequēter visibilia miracula sicut olim fiebant circa archam testamēti et huiusmodi

¶In capl'o septio ondit̄ur ꝙ ex occultacōe maximoꝝ miraculoꝝ que in hoc sac̄mento cōtinent̄ · dulcedo spūalis seu deuocio in mente debite sumenciū accrescit ·

¶In · viij° · capl'o ostendit̄ ꝙ licet in hoc sac̄mēto memoria passiōis xp̄i celebrat̄ nichilominꝰ dulcedo seu delectacō spiritualis in recte ip̄m sumente sentit̄ ·

¶In ix° capl'o reddit̄ racō quare rep̄sentacōes cōmuniter sunt delectabiles · et cōsequent̄ ondit̄ quare rep̄sentacōes in hoc sac̄mēto abscōdite in recte sumente sūt maxime delectacionis seu dulcedinis ·

¶In capl'o x° · ponit̄ quedā alia admiracō a discipulo circa hoc sacramētum ꝑut est sacrificiū et ibidē soluit̄ a magistro

¶In capl'o xj° · declarat̄ ꝙ triplicit̄ intelligi debet implecio legis per xp̄m · et ꝙ cristꝰ legē impleuit in institucōe huiꝰ sacramēti ꝑut ē sac̄ficiū · et ibidē tractat̄ de triplici cā sac̄ficioꝝ antique legis ⁊ de errore Rabimoysi circa reddēdā cām sac̄ficioꝝ

¶ In capl'o xiij · ostendit q xps legē impleuit circa sacrificiū scdm triplicē eius causā faciendo q lex iubet qui est pm⁹ modus implendi legem

¶ In capl'o xiij° · ondit q xps impleuit legē sacrificioꝝ antiquoꝝ supplendo in eis qd deerat qui est 2⁹ mod⁹ implēdi legē

¶ In capl'o xiiij° · ondit qd dictū est in proximo pcedenti ca° per auctem psalmiste in psalmo qui incipit · deus deorū dns locutus est non obstantib⁹ cauillacōib⁹ hebreoꝝ · Et finaliter concludit q xps instituendo hoc sacrificiū impleuit legē sacrificiorum antiquorū · supplendo quod deerat quod est terci⁹ modus implendi legem ·

¶ In capl'o xv° ondit q in institucōe hui⁹ sacmēti seu sacrificij cristus legem impleuit implendo ea que in hoc fuerunt in antiquo testamēto pnunciata seu pfigurata ·

¶ In capitulo xvj · agit de multitudine noim hui⁹ sacramēti que multitudinē effectuū ei⁹ salubriū denotat ex qua excitari debet deuocio ipm spūaliter sumenciū · 2ᵉ pᵗᵉ d 3ᵉ

¶ Capitulū pmū in quo ponit a discipl'o quedā admiracio circa sacmentū altaris qd est viaticū spūale fideliū i hac vita existenciū sicut olim manna viaticū fuit pribus in desertum peregrinantib⁹ · ad quā respondet per magistrum

¶ Discipulus ¶

Inuenti sunt sermones tui et comedi eos · et factū est verbū tuū in gaudiū et leticiā cordis mei Jere · xv · Dico eni sermones tuos suprdictos de excellencia virginis gloriose · et de ipi⁹ virtutū pfeccione me comedisse · quia tanq cibus suauissim⁹ interiora mea huiusmodi sermōes ingressi sunt cor meū leticantes et deuocōnē meam qntū fragilitati mee possibile est in ipam virginē gloriosam excitarūt Nunc aūt ad quedam alia que in corde meo ut pbleumata versant · desiderans a te de illis illuminari sicut et de suprdictis tibi sequentem pono admiracōeꝫ que talis est · Scrutans enim scripturas reperio q cū olim deus ppl'o suo p desertum transeunti de cibo celitus eis puidit · s · de manna · multa et magna miracula in ipso seu circa ipsum cibum visibiliter operat⁹ est deus ut habet · exo · xvj · utputa q vnusquisq collegebat certā mensuram que dicebatur gomor p quolibet · sic q qui ampli⁹ colligebat nō plus inueniebat q qui min⁹ sed solū fm mensurā suprdictā iuxta numerū familie quilibet reperiebat · Item q si ex eo pro

mane relinquebat putrifiebat nisi solum in die sexta in qua duplex gomor colligebat cui⁹ medietas remanebat pro die sabbati· in qua nō descendebat manna· Item q̄ p̄dicta men sura·s·gomor remāsit in tabernac̄lo in p̄pria forma sine aliq̄ putredine p totū temp⁹ usq̄z ad destructionē templi ut patz per p̄dictū capl'm ubi deus mādauit q̄ reseruaret in vase p custodia in generacōib⁹ futuris· Item q̄ habebat plures sa: pores et diuersos s̄m beneplacitū sumenciū· Iux̄ illud· sapie xvi· capl'o· ubi dicit̄ de māna oīne delectamentū in se haben: tem· Reperio tamen q̄ in lege gracie deus p̄uidit p̄pl'o suo de cibo supcelesti incompabilit̄ supexcellēciori q̄z manna qd̄ patz ex compacōe rez in utroq̄z cibo cōtentarū· In māna enī con tinebat̄ res corruptibilis In cibo v̄o supcelesti·s·in sac̄mento altaris res incorruptibilis cōtinet̄·s·verū corp⁹ xp̄i gloriosū deitati personalit̄ vnitū· Maxima igit̄ admiracōe dignū vi detur q̄ in cibo corruptibili·s·māna tot miracl'a et tam ma gna et tam cōtinua visibilit̄ occurrerit· et tū in cibo supcelesti incorruptibili nulla miracula visibiliter apparent· Circa quod peto a te illuminari· nō enī dubito quin huiusmōi di: uersitas rōnem habeat michi occultā quā credo tibi esse ma nifestam ¶ Magister

¶ Ad huiusmōi admiracōem tollendā aliq̄ sunt p̄mittenda quoz vnū est q̄ si scrutatus fueris diligēter scripturas repe: ries q̄ sapia dei que oīa disponit suauit̄· cibos disposuit di uersos diu̇sis hoībus scd̄m diu̇sas temporū varietates p̄ut tempoz oportunitati iuxta diu̇sos hoīm status congruebat· Iuxta illud psalmiste Oculi oīm in te sperant dn̄e· et tu das illis escam in tempore oportuno· Quod sic patet· Nam ade oīm p̄mo parenti in statu innocencie existenti fruct⁹ omniū lignoz p̄adisi qui suaues et pulcri erāt p̄ter q̄z lignū sciēcie bo ni et mali dedit in escam seu in cibū gen·2º· qui quidē cibus illo t̄pe homi competebat Inter enī illa ligna que sibi fuerāt concessa in cibū lignū vite cōtinebat̄ per cui⁹ esum poterat nō mori ut habet̄ gen̄·3º· Consequēter v̄o cū adam lapsus fuit in pccm̄ p qd̄ innocēcie statū p̄didit et a p̄adiso fuit expuls⁹ aliter fuit dispositū de cibo suo·s· ut de terra maledicta cum labore et sudore vultus comederet panē ⁊ herbas t̄re g̃minātis tribulos et spinas gen̄·3º· vnde sicut in statu innocēcie rectis simo in quo racio superior soli deo obediebat· et volūtas cum

omnibus virib9 inferioribus solū racōnis recte sine impedimento imperiū sequebat̄ cibus ei correspondens erat suauis et absq3 labore et sudore ullo acq̄situs et mortalitatis necessitatem nō habens · Sic in statu lapsus vbi ratio sup̄ior hūana ab obediēcia dei recessit · et vires inferiores impio rōnis resistebant · cibus laboriosus et tristis cum nc̄citate moriendi correspondebat · Qui quidē cibus solus humano generi p̄ totā p̄mam etate3 vsq3 p9 diluuiū fuit concessus · p9ea vero tempe noe deficientib9 pctorib9 a terra p̄ diluuiū edificato altari a noe sup̄ q̄d holocausta mūdor̄ aīaliū deo obtulit · quor̄ odorē suauitatis de9 acceptauit Noe et filijs ei9 bn̄dicens oīa aīalia eis dedit in cibum · vnde cui antea olera et fruct9 terre solum licebat comedere de cetero oīa aīancia in cibū habere licebat ut habet̄ Gen · ix · languescente eni hūana natura per ip̄m diluuiū oportebat ip̄ius cibum aliq̄liter fortificari · In exitu aūt israhel de egipto qn̄ deus separauit filios adam · sic ut aliquos · s · filios isrl̄ suo cultui et legi applicaret et eos p̄ longam solitudinē ubi nō erat semen serenti neq3 panis comedenti ad terrā fructiferā et lac et mel fluentē deduceret oportuit ut eis p̄uideret de alio cibo quē sine labore et sudore vult9 possent colligē · s · de mān̄a ne forte fame deficerēt i via tā sterili et p̄lixa ut habet̄ exo · xvi · qui quidē cibus sic miraculose tradit9 et miracl'or̄ multitudine ut per te dictū est fulatus p̄prie cōpetebat p̄p̄lo illi · tū ut p̄ euidēciam atq3 freq̄nciā miraculor̄ visibilit̄ circa illū cibum cōtingenciū eor̄ fides q̄ valde debilis et verbibil' erat ut pat3 in diu̇sis locis scripture p̄ hoc firmior et stabilior redderet̄ · tum ut per expimentū cotidie cōprobaret̄ an recte ambulassent in lege dn̄i · legit̄ eni exo · xvi ubi sup̄ dixit dn̄s Ecce ego pluam vobis panē de celo · egrediatur p̄p̄l's et colligat que sufficiaūt p̄ singl'os dies ut temptē eū vtr̄ ābulet i lege mea an nō · Ex quo pat3 q̄ causa quare per singulos dies deus voluit p̄uidere illi p̄p̄l'o de pane et non simul p̄ quolib3 anno uel aliquo magno tp̄e fuit ut cotidie temptarent̄ an legem dei seruarent an nō · que quidē temptacio non est intelligenda sic q̄ deus vellet per hoc scire aliq̄d q̄d prius ignorabat · absit · Sed ut alijs pateferet et potissime sibip̄is qui videntes p̄ expienciā debilitatem suā adiutoriū petetent diuinū · vnde i glosa · temptacō ista est ut ip̄is ōndatur quomō humilioēs fiūt ad petendū adiutoriū et ad noscendū

dei gracia hec in glo. Talis enim cibus proprie panebat illi populo rudi et incredulo per quem cibum infirmitas conualesceret in fide et incredulitas puersorum patefieret. Cum autem ad terram promissionis accessissent et de eius frugibus comederent cessauit manna ut habetur Josue v. capitulo. Et extunc ceperunt vti frugibus terre chanaan sicut et alie nationes mundi fructibus terre vescebantur Differentur tamen quantum ad aliquid. Nam illi populo tam fecunditas terre quam sterilitas pendebat ex meritis populi vel demeritis ut habetur leuit. xxvj. et deutro. xxviij. Non autem sic contingit alijs nationibus communiter Matth. v. capitulo Deus solem suum facit oriri super bonos et malos. et pluit super iustos et iniustos. quia ut dicitur ecc. ix. capitulo. Vniuerse aque veniunt iusto et impio. quod intelligitur quantum ad ipsam substanciam bonorum et malorum temporalium non autem quantum ad finem ut in prima. secunde. ar. vlt. vnde populus ille qui carnalis erat promissis presentibus huius uite inherebat. et sic oportebat ut cibus illorum secundum sua merita et demerita eis affuisset. Cum autem venit plenitudo temporis in quo populus dei non temporalia bona promissa que vilia sunt et momentanea sed per bona spiritualia duceretur ad eterna. oportuit ut tali populo cibus daretur. supernaturalis et celestis per cuius manducacionem spiritualem vita spiritualis nutriretur sic ut manducans non moreretur in eternum. scilicet morte spirituali vnde saluator comparans hunc panem alteri qui datus fuit patribus Joh. vj. sic dicat. Non sicut manducauerunt patres vestri manna et mortui sunt qui manducat hunc panem viuit in eternum. Si igitur predicta consideres sane inuenies quod diuina sapiencia disposuit dare cibum populo suo proporcionatum prout statuum et temporum diuersitas requirebat. non ergo in cibo supercelesti. scilicet eucaristia requiruntur miracula visibilia sicut in manna. Manna enim dabatur populo carnali tali cibo indigenti racionibus supradictis. Eucaristia vero populo spirituali data est qui tali pane proprie nutritur et roboratur

Capitulum 2m In quo discipulus querit quomodo intelligatur spiritualem refectionem in hoc sacramento fieri Ad quod respondetur a magistro per similitudinem refectionis spiritualis ad refeccionem corporalem

Discipulus

Scire desidero quomodo per istum panem supercelestem homo nutritur et roboratur. non enim credo quod hoc dicas per substanciam panis et vini quibus homines proprie nutriuntur. que quidem substancia licet cum consecracione sub illis speciebus erat. facta autem consecracione nichil remanet de substancia panis et vini. sed solum eorum

accidencia que sensibilit apparent ¶ Magister ¶ Nullo
modo dubitandū est q sacmentū de quo agit nō nutrit cor-
poraliter per sbam panis τ vini que ante cōsecracōnem erāt
in sacmento cū consecracōne facta desinat ibi esse. Nutrit
tamē hoc sacramētum recte sumptū spūaliter aīam τ ipā3 re
ficit. vnde mgr in libro qrto. di. viij. de hoc sacmento loquēs
ait Recte viaticū appellatur quia in via nos residens usq3 ad
patriam pducit. assimilatur em refectio spūalis quā hoc sacrm
in hoīe fideli efficit refectioni corpali. quā cibus corpalis in
corpore aīali causat tam in modo refectiōis q3 in refectionis
effectibus. Primū p3 sic Nam sicut sm phm refectio corpalis
efficit p tres vires natales. sic quodāmodo sm veritatē fidei
nostre. tres vtutes supnatales quodāmodo pdictis correspō-
dentes reqruntur in refectione spūali. qd sic p3 Nam in refeccōe
corpali requirit pmo vis natal attractiua. nisi em cibus ex
corpus positus ad interiora loca refectioni apta. quadam vi
naturali attrahētur. impossibile esset corp refici ut est mani
festum. Scda vis que requirit ad corpalem refectionē est vis
retentiua nisi em cibus p attractionē intra corp positus re-
tinetur per vim retentiuā. nichil ad refectiōe3 pficeret corpa
lem. Tercia vo vis que requirit ad refeccōne3 corporalē est
vis digestiua. p quā nutrimentū assimilatur et vnit nutrito
que omnia phs large ponit in li. de aīalibus In refectione aūt
spūali de qua agim reqrūtur tres vtutes supnatales. q tri-
bus viribus supdictis natalibus quodāmodo correspondentes
assimilant. Reqritur em in refectiōe spūali virt fidei supna-
turalis. que attractiua est credibiliū. nisi em p vtutem fidei
ea que sūt extra mentē ad que s. nec experiēcia nec racō na-
turalis attingit. ad ipam mentē per cognicōne3 fidei introdu
cerent nulla esset refectio aīe spūalis. per fidem em in mente
subsistūt ea que non apparent ut ad Rō. xj. Scda vtus sup-
natalis que requirit ad refeccōe3 spūalem ē spes que virtus
retentiua est. Ea em que p fidē attrahunt ad nrām mētem
nre saluti ptinencia per vtutem spei retinent. de qua virtute
ad hebre. vj. Confugim ad tenendā ppositam spem quā sic
anchoram aīe habem tutā τ firmam. Tercia vo virtus sup
natalis que reqritur ad refeccōe3 spūalē est virtus caritatis
per quā ex nutriente et nutrito sm silitudinē gratie vnū effi
citur. Juxta illud. pma. Jo. iiij. caplo Qui manet in caritate

in deo manet et deus in eo· Cui⁹ oīno sil'e legit̄ de sumente hoc sacm̄entū · vnde Jo·vj·capl'o ·Qui manducat meā carnē et bibit meū sanguinē ⁊c· Considerandū tn̄ q̄ quia spūalia nō pūt tn̄ assil'ari corpalib⁊ qn̄ inter ea diffēncia nō modica reperiat̄ Jdcco int̄ mutacionē corpalē ⁊ spūalē q̄z quelibz tmina tur i vnionē sil'itudis nutriētis cū nutrito ē quedā lata dif ferencia · Nam in refeccōe corpali hec sil'itudo seu vnio pficit̄ p mutacōez nutmēti in sil'itudiez nutriti Jn refeccōne spūali non sic·sed pficit̄ p mutacōez nutriti in sil'itudinē nutentis Vnde Aug̃· in psona hui⁹ sacm̄ēti dic̄ nō ego mutabor in te sed tu mutaberis in me Differt eciā iste refeccōes in loco seu subiecto refeccōis· nam refectio corpalis fit in mēbris corpo reis utputa in stomacho epate uel venis· Refectio aūt spiritualis hois nō sic·sed inmente que ē precipua pars spūalis homis· vnde Aug̃·loquens ad manducātem hoc sacr̄m dicit ad quid paras dentem et ventrē· para mentem rede et manducasti· hec ille· Ex quib⁊ habes quō refeccō spūalis cōsiderari hab; p sil'itudiez ad refectionem corporalem

Capl'm 3ᵒ Jn quo ōndit̄ q̄ effectus hui⁹ refeccōis spūalis quo ad vitam spūalem assimilat̄ effectib⁊ refeccōis corpalis quantū ad vitā corpalem Discipulus

Habeo doctrinā tuam in pdictis que ptinēt ad modū refectiōis spūalis· et eciā ad eius locū seu subiectum· ⁊ vellē ut vlterius michi declarares sil'itudines vtriusqz refectionis q̄ntū ad effect⁹ vtriusqz eoꝝ put pus pposu eras Magister Ad hoc qō queris attēdere debes q̄ sicut refeccō spūalis assimilat̄ refeccōni corpali q̄ntū ad modum reficiendi sic inuenit̄ sil'itudo in effectib⁊ qui ex vtqz refeccōe sequunt̄· omnē em̄ effectū quē cibus et pot⁹ materialis facit q̄ntū ad vitā corpalē hūc totū facit hoc sacr̄m q̄ntū ad vitā spūalem ut in tercia parte·q·lxxix·qō pz discurrēdo p aliqs singulares effectus ex quib⁊ alij intelligi pūt· Est em̄ vn⁹ effectus cōiter cuiuscūqz bone refectionis corpalis augmentū spūs vitalis tam in corde aīalis q̄z in cerebro ⁊ huiusmodi· ex quo oms vires natāles refocillant̄ Qui quidē effect⁹ in nr̄o viatico spūalit̄ efficit̄· Est em̄ effect⁹ hui⁹ sacm̄enti sm̄ magistrum sniaꝝ in q̄rto·di·xij· augmentū virtutis·s·caritatis et per cōsequēs gracie atqz oīm vtutū spūaliū quaꝝ forma est ipa caritas Jtem refeccōe corporali cōpleta · nociua a corpore

animalis expellunt quod in nostro sacramento spiritualiter efficitur Expellunt enim per hoc sacramentum a recte sumente omnia venialia peccata prout doctores tenent specialiter Ambro. in iiij. de sacramentis.
¶ Discipulus ¶ Quod in sumpcione debita huius sacramenti venialia dimittantur valde rationabile est. Sanguis enim xpi qui in hoc sacramento realiter sumitur effusus est in remissionem peccatorum Scire tamen vellem cur mortalia non dimittantur in tanto sacramento in quo xps plenus gracia realiter continetur. cum tamen in sacramento baptismi in quo sola virtus xpi continetur non tantum venialia sed eciam originale peccatum et omnia mortalia peccata dimittantur. videntur eciam verba xpi sonare de vtroque sacramento quod omnia peccata in eis dimittantur Sicut enim de baptismo dixit. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit Marci. xvj. capitulo per quod intelligitur dimissio omnium peccatorum eciam mortalium. sine quorum dimissione nullus saluatur Sic de sacramento eucaristie dicit Jo. vj. Qui manducauerit hunc panem viuet in eternum. vitam autem eternam nullus habet cum peccato mortali. vnde tam per rationem quam per verba xpi videtur quod etiam peccata mortalia in sacramento eucaristie dimittantur ¶ Magister ¶ Si bene considerasti predicta ex ipsis responsionem habes sufficientem Nam sicut in refectione corporali digestiua totaliter corrupta nemo reficitur sed potius ex cibo incurrit magnam lesionem docente ypocrate qui in suis anphorismis dicit. Non pura habentes corpora quantum magis nutriet tanto magis ledet. Sic eciam contingit in refectione spirituali quia cum existens in mortali peccato caritate caret que est digestiua spiritualis ut dictum est. tunc talis nedum reficitur spiritualiter sed nouum incurrit graue peccatum. vnde qui manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit prima cori. xj. Ille autem qui hoc sacramentum debite sumit oportet quod sit in caritate que non compatitur secum mortale peccatum. et sic taliter sumens sacramentum non habet mortalia que ei dimittantur. Et ideo solum dicitur dimittere venialia. verbum autem illud quod allegas scilicet qui manducauerit hunc panem etc. Intelligitur de manducacione spirituali de qua utsupra Aug. dicit. Crede et manducasti quod intelligitur per fidem caritate formatam. non autem intelligitur verbum xpi supradictum de manducacione sacramentali tantum que quidem manducacio eciam ab indignis qui iudicium sibi manducant et bibunt fieri potest. ¶ Discipulus ¶ Doce vlterius me rogo de similitudine refectionum predictarum in aliis effectibus ¶ Magister ¶ Sicut in refectione corporali hominis homo non solum reficitur. sed et confortatur et in suo robore firmatur

vnde ps̄· panis cor homīs cōfirmet· Sic in hac refectōe spiri
tuali languor qui ex diuturna abūdancia diuine visionis in
viris iustis cōtingere seu fieri cōsueuit iux̄ illud can· ij· ful:
cite me floribꝫ quia amore langueo per debitū huiꝰ sacmenti
vsum roborat̄· Et ideo in figura huiꝰ sacmēti intelligit̄ illᵈ
iij· Re· xix· qd̄ de helia leḡ· s· et ambulauit in fortitudine cibi
illius usqꝫ ad montē dei· Item in refectione corꝑali cōtingit
ꝙ in corꝑe bene disposito refectōe completa nedū quis refiat̄
sed etiā impinguat̄ Iuxta illud Gen· vltio· Asser pinguis est
panis eius· qd̄ etiā cōtingit in refectōe spūali ꝑ hoc sacr̄m rite
facta· Crescit eñ in sic sumēte mentis deuocio que pinguedo
spūalis est ƀm hug̊· inqñ tū ariditatē aīe que quedā indeuocio
est expellit Et ideo ps̄· cū dixisset· parasti ī cōspectu meo mē:
sam qd̄ bene pt̄ intelligi de altari in quo hoc sacr̄m celebratur
que vera mēsa dn̄i est statim subdit Impinguasti in oleo ca
put meū· qd̄ intelligendū est de pinguedine deuocionis Item
sicut in refectōne potus natalis· s· vini cor letificat̄ iux̄ illᵈ
vinū letificat cor hoīs Sic huiōi potū supcelestē debite sumēs
magnā leticiam attingit spūalem Iux̄ illud sapie viij· Nō
habet amaritudinē cōuersacō illius Item sicut potū vini su:
mentes ultra sobrietatē ebrietatē incurrūt· Sic et ī hoc po:
tu spūali qui ꝑmos gradus caritatis· s· incipiēciū et ꝓficiēciū
transcendūt et caritatis ꝑfectōnē aliq̄lit̄ attingūt ebrietatē
quandā incurrūt spūalem· vnde cāticoꝝ· v· leḡ· bibite amici
et inebriamini carissimi· q· d· Vos qui estis amici· s· in ꝑmis
gradibꝫ caritatis constituti sufficiat vobis bibere· Sed carissi:
mi· s· in caritate perfecta inebriari debetis· que quidē ebrietas
spūalis nō est viciosa sꝫ ualde laudabil'· Nam ƀm Aug̊· de
agone xp̄iano talis ebrietas mētem nō eneruat sed sursum
rapit in tm̄ ꝙ oīm terrenoꝝ obliuionē ꝑstat· de qua quidem
ebrietate intelligi pt̄ illᵈ psalmiste Et calix meus inebriās
q̄ꝫ ꝑclarus est· Habet etiā iste cibus celestis quēdam effectū in
quo excellit oīa refectiua corꝑalia· Nam iste cibus bn̄ su:
mētibꝫ vitam etn̄am ꝑstat· Joh̄· vj· Qui mādūcat ex hoc pa
ne viuet in etn̄um· In quē effectū nullū alioꝝ reficienciū par
ticipat etiā quo ad vitam corporalem· ¶ Discipulus
¶ De ligno vite legit̄ geñ· vj· ꝙ qui comedit de eo viuet ī et:
num· Ex quo patet ꝙ esus ligni vite prestare poterat vitā
eternam· ¶ Magister· ¶ ƀm augꝰ· de questionibus

veteris et noui testamēti · Esus ligni vite corruptionē inbi-
bebat nō tamē simpliciť prestabat immortalitatem · Virtus
eñi p̄standi vitā etnam ē quodāmodo infinita · et sic pure cre
ature que finita est nō est cōmunicabilis 2ᵉ p[illegible] 3ᵉ

Capl'm q̄rtū In quo oñdiť q effectus hui⁹ cibi supcelestis in spūalib⁹ assimilanť effectib⁹ illius cibi celestis · s · māne in corporalibus

Discipulus

Satis habeo de similitudine effectus spūalis refectionis ad effectus refectōis corpalis cōmuniter cōsiderate · Sz quia refectio corpalis per illū cibū celestem a deo datū · s · manna excellenciori considerať q̄z refectio corpalis cōmunis Ideo vellem scire si cibus iste supcelestis in aliquib⁹ effectib⁹ seu p̄prietatib⁹ assimileť illi cibo celesti · s · māne

Magister

Iste cibus supcelestis nō solū habet effectus spūales corre spondentes effectib⁹ cibi corpalis cōis ut dictū est · sed etiā hz effectus spūales correspondētes effectib⁹ seu p̄prietatib⁹ māne excellenciori modo · De manna eñi legiť exo · xvj · nec q̄ plus collegerat habuit amplius · nec qui minus poterat repit mi nus · sed vnusquisqz iuxta illud q̄d comedere poterat congre gauit put tu sup̄ allegasti · Cui⁹ sil'e spūali modo cōtingit in hoc cibo supnaťali ip̄m debite sumenatib⁹ · Non eñi quātitas spūalis hui⁹ refectionis ex q̄ntitate corpis xp̄i sumpti a capiť Cū eadem sit quātitas corporis xp̄i indiuidualiť in omnib⁹ sumētibus ut in t̄cia parte · q · lxxix · et sic miracl'osius et ex cellentius de hoc cibo supcelesti diciť nec q qui plus collegerat habuit amplius · Sil'r sicut de manna diciť · sapie · xvj · q oēs delectacōnes in se habebat · et omnē saporē suauitatis · Sic et pfectus diuini sapores m'ltiplices et varij a recte sumentib⁹ in hoc sacro cibo gustanť · Et licz i māna fastidiū seu nauseā q̄nqz sumētes incurrebāt · Iux̄ ill⁹ nūeri · xxj · aīa nr̄a nauseat sup isto cibo In hoc tū cibo supcelesti · nausea nō habet locū in hijs qui debite ip̄m sumūt · vnde Bñ · in quadā ep'la notabi liter dicebat Miror si ad gustū cibi dulcissimi nauseas · si tū gustasti q̄z dulcis est dñs · aut certe nō gustasti et nescis quid sapit xp̄s et sic nō appetis cū sis iexpt⁹ · at si gustasti ⁊ dulce nō sapit sanū nō habes palatū · hec bñ · Nec solū nauseā sui ip̄ius huiōi gustus celestis nō generat sz pocius alioꝝ saporū fastidiū in bene gustante pcurat · vnde Cris · sup math · Sicut qui p̄ciosū māducauerit cibū huic esca cōmunis ingrata videť

sic qui semel dulcedinē xp̄i gustauerit terrenoꝝ bonoꝝ nō mlꝰ
tum de cetero sētiet saporē · Iuxta illud hebreoꝝ · vi · Impossi
bile est eñ eos qui semel sūt illuīati gustauerūt nichilominꝰ
dei verbū v̓tutesq3 seculi venturi et ꝓlapsi sūt reuocari rursū
ad penitenciam rursū crucifigentes sibimetipis filiū dei · Et
hec tibi sufficiāt circa refectionē spūalē cibi sup̄celestis subtili
ora et altiora que circa hoc sacramētum dicunt̄ peritioribꝫ et
magis ꝓuectis relinquendo [illegible]

¶ Caplm · v · In quo ponit̄ quedam admiracō discipuli circa sacr̄m altaris que quidē admiracō ab infidelibꝫ et cont̄ fidem nr̄am obloquētibꝫ obicit̄ solz · quā admiracōem mḡr ibidem soluit ¶ Discipulus ¶

NOn dubito q̄ de hoc sacm̄ēto altiora ꝛ ꝓfundiora tra
ctant̄ a doctoribꝫ sanctis que ꝓnūc ad me nō ꝑtinent
nec ad p̄ns volo de hijs scrutari ꝓpter mei intellectus
imbecillitatē vnū tñ a te querē volo de quo sepe audiui tam
infideles q̄3 hēticos obloquētes veritatē fidei nr̄e deridentes in
ipoꝝ ꝑniciē · tales eñ me cotidie exprobrātes sic dicunt · dic
nobis ubi ē deus tuus · Si eñ bene scripturas scrutatus fu
eris reꝑies q̄ ꝑ archam testam̄ti dei olim maxima miracula
nedū sensibilia s3 etiā sic publica et toti pp̄lo patencia fiebāt
intantū q̄ de taliū miracl̄oꝝ fama infideles terrebant̄ viden-
tes ad oculū diuinā potenciā in reuerencia arche sui federis re
lucentē · qñ eñ pp̄l's isrl̄iticus trāsiuit iordanē pede sicco · sa-
cerdotibus tūc archam testam̄ti portantibꝫ ꝑ iordanē aque su-
periores descendētes steterūt in vno loco ad instar mōtis intu
mescentes Inferiores v̓o ad mare mortuū fluxerunt · sic ut
totus pp̄l's isrl̄iticus q̄si ꝑ aridā transiuit flumē iordanis sic
exītis donec sup̄dicti sacerdotes cū archa alueū iordanis exi
rent · quo facto iordanis rediȷt in cursum suū · qd̄ quidē opus
tam miraculosum et tā publicū duo fecit · vnū · s · q̄ filij isrl̄
habuerūt in tanta reuerēcia ip̄m iosue qui ex ꝑte dei hoc fieri
p̄ceperat sicut et moysen habuerāt Aliud v̓o q̄ reges amor-
reoꝝ et chananeoꝝ audiētes tā magnū et publicū miracl̄m
terrore dei sic cōcussi sūt q̄ nō remāsit in eis spūs · que quidem
historia ad plenū hētur iosue · iij · et · iiij · Cōsidera igit̄ aiūt
isti ꝓterui q̄ i huiōi archa testamenti in q̄ nō cōtinebat̄ deus
realiter neq3 xp̄s · sed solum tabule lapidee precepta decalogi
cōtinentes · et ſm quosdam vrna māne quam deus p̄ceperat

reseruari i testimoniũ generacõibꝫ futuris ut hẽtur exo· xvj
Similit̃ et virga que floruit in domo leui ·de qua ṽga habet̃
numeri ·xvij· Si igit̃ ꝑ archam ṗdicta corpa maĩata tantũ⸗
modo portantem q̃ntumcũqꝫ sacra essent deus tam euidencia
miracula et tam diuulgata et publica fecit i ipĩus reueren⸗
cia quid putas miraculi facere habuisset in tuo sacramẽto si
in ipo ipemet verus deus seu xp̃s realiter continẽtur qui sup
omĩa in infinitũ colendus et venerandus est Et nõ solũ tp̃e
iosue ṗdictũ miraclm deus fecit in veneracõe3 arche sui testa⸗
menti sed etiã tp̃e Samuelis cũ archa dñi fuit capta ꝑ phili⸗
steos et in azoth deducta ·deus fecit iudicia in azoth· et in ydo
lum eoꝝ usqꝫ ad hoc ꝙ philistei miserũt archã usqꝫ ad terrã
israhel ·et nõ sine magnis miraculis que in qualibet mansi⸗
one arche per deũ fiebãt usqꝫ ad hoc ꝙ archa dñi remansit in
Cariathiarim ꝑ aliquos annos ·que historia habet̃ ꝑ extensũ
ṗmo· Re· v· et· vj· caplis Item quãdo dauid fecit portari ar
cham dñi suṗdictã de domo aminadab que erat i gabaa usqꝫ
ad domũ obededom quia oza extendit manũ suã et tetigit ar⸗
cham dñi temerarie ꝑcussus ẽ a dño sic illico moreret̃ ut ha⸗
bet̃ ·ij· Re· vj· Cũ igit̃ deus ut archa sui testamẽti reuerent̃
haberet̃ tam a fidelibꝫ q̃3 etiã ab infidelibꝫ tam magna mira⸗
cula et euidencia atqꝫ publica olim faciebat qd examinandum
est ꝙ deus faceret si in sacm̃to tuo ipĩ diuinitas incarnata
cõtineret̃ ul' etiã ipe xp̃s dei benedict⁹· cũ tam nulla talia nec
etiã similia ꝑ ipm sacrm apud fideles hoc credentes· nec etiã
apud infideles hoc negantes videm⁹ fieri sed pocius oppositũ
Sepe eñ cõtingit ꝙ cũ sarraceni ꝑ armoꝝ potenciam aliqs ter
ras xp̃ianoꝝ deuastant altaria cum isto sacm̃to disrũpunt
nichil videntes ·ꝓpt̃ qd timere debeant· ne talia audeant facẽ
Ex quo quilibꝫ sensatus credere debet ꝙ i tuo sacm̃to nõ deus
cõtinet̃· neqꝫ xp̃s sicut vos xp̃iani asseritis s3 solũ sbstãcia pa
nis et vini que ibi sensibilit̃ apparet que pura creatura est·
Non eñ abbreuiata est manus dñi p̄nti tp̃e sic ut nõ osten⸗
deret hãc veritatẽ palam ⁊ publice ꝑ signa atqꝫ portenta sen
sibilia toti vniũso sicut alias ꝑ archa testam̃ti facẽ cõsueuit
Hec et similia sepe ab infidelibꝫ et hẽticis audiuerã· ex quibus
licet fides mea nõ patit̃ detrimentũ benedict⁹ de⁹· Cõfringunt̃
tñ ossa mea ṗdicta obprobria que alias audiui reminiscens
Et factus sũ sicut surdus nõ audiens et nõ habẽs in ore suo

redargutiones. Quapropter valde desidero ut me circa hoc sic diuina gracia cooperante illumines ut respondere possim exprobrantibus michi verbũ ¶ Magister ¶ Ad tuã admiracionem in hac parte tollendã et ad os obstruendum iniqua loquenciũ. cõsiderare debes q̄ miracl'a õia que sup̄ cursũ nat̃e a deo institute v̄tute õia fiũt se habẽt q̄ntũ ad eoꝝ pximos fines in duplicĩ differencia. quedã eñ eoꝝ sũt a deo ordinata ad fideĩ pbacõem sicut de p̄mis signis seu miracl'is que deus fecit p moysen corã ppl'o de cõuersione virge in colubrũ τ ecõtra et de manu leprosa τ sana. Que quidẽ miracl'a corã ppl'o facta sũt ad fidem in eis creandã seu compbandã. vnde exo. iiij. Cum dixisset et fecĩ signa. s. p̄dicta corã ppl'o. sequit̃ statim credidit ppl's. Sil'r ex diuisione maris rubri et egipcioꝝ submersione visa per ppl'm isrl'iticũ secutũ ẽ q̄ ppl's credidit dño τ moysi seruo eius exo. xiiij. capl'o Et sic de q̄ꝫpluribus miraculis veteris testamẽti que a deo fuerũt ordinata ut fides eius in cordibꝫ ppl'i causaret̃ seu confirmaret̃. que quidẽ miracula oportuit esse maĩfesta coram omni ppl'o. vnde deutro. vltimo cõmendat̃ moyses de signis et portentis que moyses õia aucte fecit corã vniũso isrl'. Quedã v̄o fuerũt õia miracula que nõ ad fideꝫ causandã seu roborandã a deo facta sũt sꝫ poci9 ut credẽdo talia miracl'a q̄ occulta sũt τ oĩno abscõdita fideles mereant̃. vnde huiõi miracula nõ disposuit de9 manifesta esse p sensũ seu nat̃alẽ cognicõeꝫ sꝫ occulta ut eoꝝ fides meritoria esset. Que quidẽ miracl'a sic occulta et abscõdita p̄apue fuerũt in nouo testañto in cui9 tpe fides credenciũ cõiter validioꝛ fuit ut est miracl'm virginei ptus et dñice resurrectionis. que quidẽ miracula per fidem solũ ppe cognoscunt̃. et eoꝝ occultacio a quacũqꝫ nr̃a nat̃ali cognicõe nr̃m meritũ efficit ul' auget. vnde de resurrectione dñi legit̃ Joh. xx. Beati qui me nõ viderũt et crediderunt Et de isto modo miracl'oꝝ. s. occultoꝝ tenendum est esse sacr̃m altaris ut in tercia pte. q. xxviij. Non eñ hoc sacr̃m fuit institutũ ad hoc ut sac̃mẽto viso ppl's crederet. sꝫ ut credendo veritatẽ hui9 sacramẽti merito pficẽt vnde Aug9. ut sup̄ allegatũ est de hoc sac̃mẽto dicit. Crede et manducasti Et ideo q̄nto miracl'a in hoc sac̃mento cõtenta que maxima sũt occultioꝛa sũt et nec ab intus ul' ex̃ visibilit̃ circa ip̄m sacr̃m apparent tm̃ in nobꝫ augẽt meritũ. vnde nullũ incõueniẽs sequit̃ nec admiracõe

dignū ex hoc q publica seu visibilia miracl'a nō fiūt cōiter circa hoc sacr'm sicut olim fieri cōsueuer't circa archā testam'ti dei put tu allegasti Ibi em̄ miracula ordinabant' ad fideliū fidem cōfirmandā seu causandā Et qnq3 ad infideliū terrorē incuciendū· hic aūt querunt' miracula ad meritū credenciū augendū·quod quidē meritū euacuaret' ul' saltē diminueret' si talia signa visibilia apparerent Exodi xiii & xvi 3c

Capl'm sextū In quo reddit' racio quare circa hoc sacr'm nō fiūt frequēter visibilia miracl'a sicut olim fiebant circa archam testamēti et huiōi Discipulus

Audiui qd legit' i nōnullis historialib9 antiquis libris q qnq3 in sacmēto altaris apparuit forma pueri uel caro uel sanguis que sūt signa visibilia q̄ a deo fieri credunt' ut fides hui9 sacmenti in cordib9 fideliū magis fir= metur qd videt' facere contra te Magister Verū est q talia ul' similia dicunt' esse facta qnq3 circa sacr'm altaris sed talia nō dicunt' facta fuisse sic cōiter et publice sicut mi racula que allegasti circa archam testamēti vnde nō vident' talia apud eccl'iam vniūsalē solemnizari·sed forte puatim in aliquib9 pticularib9 eccl'ijs quia nō fiunt nisi raro quo ad certas personas quib9 deus qui vniūsas menciū cogitacōes intelligit singulari modo singulis puidet s'm dictamē diuine sapiencie a quibus nō est trahenda cōsequēcia in vniūsali Discipulus Et si talia miracl'a frequent' nō debeant fieri in hoc sacmēto publice et cōiter ne fideliū meritū dimi= nuatur ut dicis·Congruū tñ videtur ut fierēt saltē ad ter= rorem infideliū causandū put legit' i sup allegatis historijs pmo libro Re·v·capl'o et·vj·de philisteis miracl'a facta cir ca archam testamēti videntib9 qui terrore diuino nō modico sūt cōcussi qd ad diuinū ptinet honorē Iux illud psalmiste· Timebunt gentes nomē tuū dñe & oms reges terre gloriā tuam Magister Si bene cōsideras finē institucōis hui9 sacramēti tā pximū q3 vltimū certe repies q q̄nto miracl'a hui9 sacmēti occultiora sūt tanto magis ad vtrūq3 finē ipi9 sacramēti cōgruūt·pmū patz sic·Nam institucō hui9 sacra= menti ordinata est ad vitā spūalem et etnam rite sumentib9 cōferendam Iuxta illud·Qui manducat hūc panem viuet in etnum Io·vj·Et iste est finis pximus istius institucōnis Constat aūt q ex occultacōe miracl'oz hui9 sacmēti meritū

accrescat in cordibus fideliũ inquantũ nõ ex visis miraclis in eodem supnaturaliter factis sũme veritati adherẽt p verã fidẽ Sed etiã nullis miraclis in eo visis ex sola aucte dina oppositũ credũt eorũ q̃ maifeste vident. Ille enĩ qui ex sola aucte seu inspiracõne dina credit illud qd diuinit⁹ reuelat etiã si sensibiliter appar3 oppositũ maioris meriti est. q3 ille qui nõ ex sola aucte dina ul' inspiracõe. sed ex quibusdã signis sensibilib3 miraclose factis credit. vnde Jo. xx. beati qui non viderunt et crediderũt rc. Scdm pat3 Nam finis vltim⁹ tam hui⁹ sacmẽti q3 oim que a deo facta sũt ad dei gloriã tanq3 i vltimũ finẽ ordinant Iux̃ illud ysa. xliiij. caplo Omne qd inuocatũ est noi meo ad meã gloriã creaui eũ formaui atq3 feci. Constat aũt q sicut gloria dei sepe in publica suorũ miraculorũ maifestacõe hoibus innotescat sicut pat3 in miraculis antiqui testamẽti r in q3plurimis miraclis noui testamenti. Sic qnq3 in occultacõne dinorũ miraclorũ ipi⁹ dei gloria seu honor in cordib3 fideliũ auget. legit enĩ pu. xxv. gloria dei ẽ celare vbũ et gloria regũ inuestigare sermoẽ3 Que quidẽ vba sapiẽtes a diũsis diũsimode exponunt. applicant tamẽ bm eorũ planũ sensũ ppoito sic. Nam sicut reges inuestigando ea que sũt cõiter hoibus occulta ondunt suã sapiã3 ex quo gloria eorũ accrescat. sicut pat3 de Salomone q causã occultã mlierũ coram ipo ad iudiciũ veniendũ inuestigauit De eo enĩ legit. audiuit omis isrl' iudiciũ qd iudicasset r timuerũt regem videtes sapienciã dei esse i eo. tcio Re. caplo iij. Sic ad gloriã dei nõnunq3 ptinet q illud qd est in se verissimũ occultet seu celet intantũ q nullomõ a natali cognicione hũana inuestigari possit. qd maifeste cõtingit in hoc sacramẽto in quo p nullũ sensũ nec etiã intellectũ natalẽ hũanum cognosci põt ea que miraclose in eo cõtinent nisi solũ per cognicõe3 supnaturalem a deo infusã. s. p fidẽ Et sic ppe de hac occultacõne intelligi põt pdictũ vbum. s. gloria dei ẽ celare vbũ In hoc enĩ sacmẽto ppue celat seu occultat ũbum incarnatũ. de quo Jo. pmo. In pncipio erat vbũ rc. de qua quidẽ occultacõe expsse habet ysaie. xlv. vbi dicit vere tu es deus absconditus deus isrl' saluator Ibi enĩ ppheta loquit de vocacõe gentiũ ad cognicõne3 xpi tũc futurã. de qua dicit statim sup. viri sublimes ad te trãsibũt et tui erunt et te adorabũt teq3 pcabunt. Et ut declaret q gentiles sic venientes

ad cognicōez xp̄i negatum erāt suos deos falsos · sequitᵉ stati eoꝝ cōfessio sic dicenciū · tantā in te est deus et nō est absqꝫ te deus · Silr ut pꝓpheta ostēderet ꝙ gentiles ad fidē xp̄i venturi non cognoscerent eū in ꝓpria speae sed ip̄m cognoscerēt per fidem sub aliis specieb⁹ absconditū statim subdit i ꝑsona gē aum · Vere tu es deus isrl' saluator qđ ꝓpe cōpetit ꝓpoito · Si aūt cca hoc sacm̄entū fierēt miracl'a publice maifesta vl' etiā coram infidelib⁹ sicut illa que allegas que fieri cōsueuerunt arca archam testam̄ti impropr̄e dicerēt gentiles ad cognicōez xp̄i in hoc sacm̄eto venientes vere tu es deus abscōditus de⁹ israhel saluator · Non em̄ est abscōdit⁹ deus cū ꝑ opa mira culosa publice maifestat' ex hac occultacōne seu abscōsione recte cōsiderata magna dulcedo deuocionis in mentib⁹ con templanaū sane hui⁹ misteria sacm̄ēti sentiri debet Iuxᵃ illᵈ psalmiste · q̄ꝫ magna ml'titudo dulcedis tui dn̄e quā abscō disti timētib⁹ te · qđ pt̄ intelligi de magnitudine dulcissime de uocionis seu cōteplacōis quā rite hoc sacmentū spūalitᵉ sumen tes in suo gustu spūali senaunt Scde partᵉ et distinccōe 3ᵉ

Capitulū · vij · In quo ostenditᵉ ꝙ ex occultacōe maioꝝ miracl'oꝝ que in hoc sacm̄ento cōtinentur dulcedo spūalis in mente debite sumenaū accrescat Discipulus

Peto ut michi declares aliquid ulterius de huiōi dul cedine deuocionis seu cōtemplacōis · quā hoc sacmen tum rite sumentes seu cōtemplantes senaūt · hoc eni in mapo maxime expiri desidero ut possim dicē Sub vmbra illius quē desideraui sedi et fruct⁹ eius dulcis ē gutturi meo Canticoꝝ · ij · capl'o Magister Desideriū tuū in hac ꝑte bonū est et a solo illo expectandū est impleri de quo legitᵉ in psalᵒ · Qui replet in bonis desideriū tuū · verba etiā que alle gas que in canticis cōtinentᵉ verba sponse xp̄i sūt · que quidē sponsa est ipa eccl'ia et eciā aīa fidelis deuota · que certe v̄ba ad ꝓpositū satis videntᵉ applicabilia · vnde glō · ibidē sic dicit quasi ab estu desideriorū carnaliū sub vmbra illius · i · sub ei⁹ ꝓtectione requieui · et postqꝫ ꝓtexit me sub vmbra fructu ei⁹ saturata sum · i · celesti dulcedine eius ul' corpe suo · hec i glō Ad vlteriorē autē declaracōem quā a me petis circa ma gnitudinē dulcedinis que ex occultacōe seu absconsione ve ritatis rei hui⁹ sacmenti in mentib⁹ rite sumenaū illud seu contemplanaum sentitur seu spūaliter gustatur multa alte

cōsideracōis essēt introducēda q̄ forte hui⁹ tractat⁹ breuitatē
et incipienciū capacitatē excederent Condescēdendo tñ ad tue
peticōnis affectū ⁊ ad tibi aliqualit̄ satisfaciendū · cōsiderare
debes q̄ dulcedo i spūalib⁹ intelligit̄ quodāmodo ad silitudiē
dulcedinis corpalis · vnde sicut mē sapores corpales dulcedo
est sanior · sic mē sapores spūales sanior ē ille qui de sūmo in-
telligibili seu credibili · s · de ipo deo recte acapit̄ · vnde ps̄ · de
eloquijs dīnis dicit q̄ sūt dulciora sup mel et fauū · Cū igit̄
in hoc sacmēto nō solū diuina eloquia ab hoībus plata · sed
eciā ipm vbū dei qd semel locutus est realit̄ cōtinet̄ · sequit̄ q̄
eius spūalis pceptio seu manducacō suauissima sit atq̄ spi-
ritualit̄ dulcissima · Et ideo eccl'ia in officio institucōis hui⁹
sacmēti legit · suauitatē hui⁹ sacmēti nullus exprimere sufficit
per qd spūalis dulcedo in suo fonte gustat̄ Et ultra hoc con-
sidera q̄ hec dulcedo seu delectacō spūalis in sumēte disposito
auget̄ ex absconsione seu occultacōe mirabiliū in eo cōten-
torū · Quod sic patz · nam admiracō fm phm in pmo retho
ricorū est delectacōis causa et ppt̄ hoc oīa mirabilia delecta-
bilia sūt Silr̄ et oēs repsentacōes rez etiā nō delectabiliū
causant delectacōem · Cū igit̄ in hoc sacmento tot mirabilia
cōtinent̄ nō solū sup oēz naturalem facultatē · sed etiam sup
naturalem intellectū hūanū utpote q̄ xp̄s deus ⁊ homo pfect⁹
sub modica panis specie continet̄ · Silr̄ et q̄ diuiso sacmento
sub qualibz diuisiōis pticula pseuerat totus xp̄s · Silr̄ q̄ acci
dencia que de sui natā nō hñt esse sz solū inesse · sine subiecto
tamē in eodē sacmēto realit̄ existūt · Et sic de alijs maximis
mirabilib⁹ que in hoc sacmēto cōsiderari pñt · Que quidē ad
miracō maxia est cui nulla equalis forte esse pt̄ Ex qua ad-
miracione merito maxia delectacō spūalis seu dulcedo cau
sari debet · Et ideo de tali dulcediē pprie pt̄ intelligi illud ps̄ ·
sup allegatū · s · q̄z magna mlt'itudo dulcedīs tue quā absco
disti ⁊c · Absconditur enī in hoc sacmēto mlt'itudo mirabiliū
que dulcedīs mlt'itudinē causant ut dictū est ¶ Discipul⁹
¶ Licet verū est q̄ admiracōes causant delectacōes seu dulce-
dines · hoc tñ videt̄ verū cum ipa mirabilia magna vident̄
sensibilit̄ seu senciunt̄ · de quibus ut credo loquit̄ phs i sua re
thorica In hijs aūt q̄ nō vident̄ neq̄ senciunt̄ sz credunt̄ nō
videt̄ habere locū q̄ admiracō sit causa delectacōis · cum enī
in hoc sacmento panis cōsecratus talis se oīno offert sensib⁹

post cõsecracõem sicut ante nichil admiratione dignũ in sa-
cramẽto videt̃ seu sentit̃. et sic non habet ibi locũ admiracõ
nec ꝑ cõsequẽs delectacõ ab admiracõe causata ¶ Magister
¶ Ille qui habet verã fidem ꝑme veritati innitit̃ in credẽdis
que nullo mõ falli potest. et ideo ẜm hoc talis firmius ⁊ cercı᷒
adheret hijs que ꝑ fidem cognoscit ꝙ hijs que sũt per sensum
siue intellectũ natãlẽ cognita que qñq; fallibilia sunt ut in
scdã scdẽ. q. iiij. Et ideo veri fideles q firmissĩe credunt absq;
ulla dubitacõne xp̃m esse sub hoc sacm̃ento oportꝫ ꝙ admi-
rent̃ nõ solũ de hoc ꝙ totus xp̃s in eodem sacm̃ẽto est vere. sꝫ
etiã ꝙ xp̃s nõ apparꝫ ibi sub ꝓpa specie sꝫ ẽ sub alienis speciebꝫ
absconditus. que quidẽ admiracõ maĩfeste est delectacõnis
causatiua ut dictũ est nõ minus ꝙ̃ ĩ illo q ꝑ sensũ ul' intel-
lectũ natãlem aliquid cognoscit cui᷒ causã ignorat. Et ult̃
hoc cõsidera ꝙ in admiracõe semꝑ est desideriũ quoddam sciendi
illud de quo admirat̃. et si illud est in se desiderabile ad obti-
nendũ. sic in tali admiracõe est desideriũ cõsequendi illud de
quo admirat̃. qd quidẽ desideriũ ex spe cõsequẽdi ip̃m est dele
ctabile ut in ꝑma scdẽ. q. xxxij. Et quia hec admiracõ habꝫ
adiũctam spem consequẽdi cognicõeꝫ ꝑfectã eius qd scire de-
siderat. Sil'r et adepcõem illi᷒ q̃ntũ sibi possibile est. Ideo bñ
applicant̃ rite sumenti hoc sacm̃entũ ṽba sponse ꝑ te allega
ta. s. sub umbra illius quẽ desiderabaꝫ sedi. umbra enĩ solẽ
seu corpus lucidũ obumbrat seu abscondit sicut accidencia
quodãmodo occultant seu obumbrãt corpus xp̃i ĩ sacm̃ẽto
existens sed illud sic occultatũ seu obumbratũ sponsa deside
rat ut dictũ est. Et quia fructũ illi᷒ desiderati ĩ gutture suo
dulcem sentit. ideo subdit. et fructus eius dulcis in gutture
meo. fructus enĩ redempcõis ꝑ xp̃m facte in hoc sacm̃ẽto spi
ritualit̃ sumpto sentit̃ mq̃ntũ talis sumens nõ nisi per fidem
per quã sensibilibꝫ credenda in certitudine ꝑfert hoc facit Si-
militer et ꝑ veram spem que beatitudinẽ futurã ex gracia et
meritis certitudialit̃ expectat. Sil'r et ꝑ caritatẽ que vnionẽ
misticã inter nutritũ et nutrientẽ efficit. Que quidẽ tria ad
manducacõeꝫ sp̃ualem reqrunt̃ ut dictũ est. Constat aũt ꝙ
ip̃a caritas inseꝑabilis est ab ip̃a gracia gratificãte siue gra
tum faciente ut ĩ ꝑma scdẽ. q. cx. Et ideo in manducacõe
sp̃uali hui᷒ sacm̃ẽti mens sumẽtis grã implet̃. et hic est fru
ctus redempcõnis xp̃i quẽ debite venerans istud sacm̃entũ

sencire habet ꝑ quo eccl'ia ī collecta orat sic dicens Ita nos corporis et sanguinis tui sacra misteria venerari ut redempcōis tue fructū in nobis iugiter senciamꝰ· Et ip̄e est ꝓp̄e dulcedo sp̄ualis de qua sup̄· q̄ꝫ magna mľtitudo dulcedis tue domine quam abscondisti ꝛc̄· Scd̄e ptēs et distinctiōe 3e

¶ Capl'm· viij· In quo ōn̄dit̄ ꝙ licet ī hoc sac̄mēto meōria passionis xp̄i celebret̄ nichilominꝰ dulcedo seu delectacō spiritualis in recte ip̄m sumente causat̄ ¶ Discipulus ¶

PLacent michi ea que doces circa dulcedinē huiꝰ sac̄menti Sed est vnum qd̄ aīm meū ī cōtrariū monet· et est hoc· Constat enī ꝙ hoc sac̄mētū institutū fuit a xp̄o ī memoriā sue passiōis iux̄ illud luce· xxij· capl'o hoc facite in meā cōmēoratōem· vnde et in collecta quā ī allegasti dicit̄· deus qui nobis sub sacramento mirabili passiōis tue memoriā reliquisti ꝛc̄· Memoria aūt passionis nullo mō videt̄ dicenda dulcis seu delectabilis sed pocius amara· vnde ecc̄· xl· c· O mors q̄ꝫ amara est memoria tua· Ex quo videt̄ sequi ꝙ in hoc sac̄mēto non est delectacō seu dulcedo sp̄ualis· sꝫ pocius memoria passiōis supradicte que ē tristabilis et amara ¶ Magister ¶ Licet tristicia ꝫm se cōiter nō sit delectabilis· posset tn̄ esse causa delectacōis dupliciť· vno mō ꝫm qd̄ est in actu et inq̄ntum facit memoriā rei dilecte de cuiꝰ absencia aliquis tristat̄· et tamen de sola eius apprehensione delectat̄· vnde et in officio de corpe xp̄i legit̄ ab eccl'ia ꝙ istud sacr̄m fidelibus est de absencia xp̄i solaciū singulare· Alio mō tristicia pt̄ esse causa delectacōis ꝫm qd̄ est in memoria ꝓp̄t̄ subsequentē euasionē vnde ꝫm qd̄ homo apprehendit se ab aliquibꝯ tristibꝯ et dolorosis euasisse accrescit ei gaudij materia· Et ideo quia ꝑ memoriā passionis xp̄i fidelis credit se euasisse ab et̄nis supplicijs Idcirco per hanc memoriā deb̄et ī eo accrescere maximi gaudij materia eo ꝙ ꝓp̄t̄ triūphum xp̄i in sua passione liberati sumꝰ ab eternis supplicijs· vnde augꝰ· in· viij· cōfessionū dicit· ꝙ quanto maius fuit ꝑiculū in prelio· tanto maius erit gaudiū in triumpho· Considerant̄ etiam in hoc sacramēto quedā rep̄sentacōes abscondite q̄ sūt maxime delectabiles et ꝑ ꝯsequens dulcissime· Scd̄e partis et distinctionis tercie

¶ Capl'm· ix· in quo redditur ratio quare rep̄sentationes cōiter sūt delectabiles· et ꝯn̄ter ostendit̄ ꝙ rep̄sētatōes ī hoc

sacraméto absconditē a rite sumente sūt maxime delectacō
nis seu dulcedinis spūalis ¶ Discipulus ¶

Peto ut michi declares pmo quare repñtacões rez̄ sunt delectabiles. Et deinde que sūt ille repñtacōnes absconditē que in hoc sacmento cōsiderant̄ que sunt maxime delectacōis et dulcedinis ut dicis. ¶ Magister ¶ Scdm phm in pmo rethorice. Omēs repñtacões rez̄ sūt delectabiles et etiā illarū rez̄ que i se nō habent racōez̄ delectacionis sicut cū aliquis homo p imitacōem repñtat asinū ul' aliqd aīal et qddam iocosum et delectabile et sic de silibus representacōib9 imitatiuis et alijs. Cui9 racio est quia gaudet anima in collacōne vni9 ad alterz̄. Conferre em̄ vnū alteri est pprius et cōnaālis actus racōnis ut phs dicit in sua poetria. vnūquodqz̄ aūt in sua opacōne nō impedita delectatur ut in. vi. ethicoz̄ ¶ Discipulus ¶ Intelligo qd dicis circa pmum. s. quare repñtacōnes sunt delectabiles. Sed peto ut 2° michi declares. s. quō in hoc sacmento cōsiderant̄ alique repñtacōnes absconditē que ut dicis sunt maxime delectacionis ¶ Magister ¶ In hoc sacmento recolit̄ seu repñtat̄ memoria passionis xpi ut dictū est. Silr et in eodem repsentatur seu pfigurat̄ beata fruicō in qua anima beata diuina fruicōne replet̄ sicut quodāmodo sumens refectōem corpalez̄ illa replet̄. vnde et in vltima collecta officij de corpe xpi dicitur. fac nos dñe diuinitatis tue ppetua fruicōe repleri quā preciosi corpis et sanguinis tui corporalis pcepcio pfigurat Et sic patz̄ qz sicut in hoc sacmento recolit̄ seu repñtat̄ p modū memorie preteritoz̄ passio xpi. sic i eodez̄ repsentat̄ p modū pfiguracōnis fatura fruicio beata. et sic sūt ibi due repsentacões que sūt cause delectacōis. Et quia ista repñtata sm se sunt maxime dulcedis In pmo em̄ repñtat̄ summū meritum hūani generis. s. passio xpi. In scdo vo repñtat̄ seu pfigurat̄ summū pmiū. s. fruicio beata. Consequens est qz iste repsentacões non solū sūt delectabiles inqntū repñtacões sed eciā maxie delectacōis seu dulcedinis ex pte repsētatoz̄ que quidē inqntum abscondita sūt dulciora reddunt̄ Juxta illud. pu. ix. panis absconditus suauior est

¶ Caplm. x. In quo ponit̄ alia admiracō a discipl'o de hoc sacraméto put est sacrificiū. Et soluitur ibidem a magistro
¶ Discipulus ¶

homines agimus propter hoc asseras voluntatis. Cri. Miror acute tur et volis rationemque alieni arme causam flagites. Et id queras quod scriptum non est? Cum perspicuum sit quid scripserim. Dixi hominem esse sine peccato si velit. Aliquid addidi. absque dei gratia. Atti. Sed ex eo quod non addidisti. videris negasse. Cri. ymo ex eo quod non negavi. dixisse extimandus sum. Neque enim quicquid non dicimus negare arbitrandi sumus. Atti. Confiteris ergo posse hominem sine peccato esse si velit. cum dei gratia. Cri. Non solum fateor. sed et libere proclamabo. Atti. Ferat ergo. qui dei gratiam tollit. Cri. Ferat. Immo potius arbitrandus est impius. cum dei nutu omnia gubernentur et quod sumus et habemus appetitum proprie voluntatis. dei conditoris sit beneficium. Ut enim liberum possideamus arbitrium et vel ad bona vel ad mala partem declinemus propria voluntate. eius est gratie. qui vos ad ymaginem et similitudinem sui tales condidit. Atti. Nulli. Critobole dubium est. ex cuncta pendere iudicio. qui creator est omnium et quicquid habemus. illius beneficio deputandum. Sed quero hoc ipsum quod dei asseris gratie. ad conditionis referas beneficium. an in singulis rebus putes esse quas gerimus. Ut sit illius in omnibus utamur auxilio. An semel ab eo libero arbitrio conditi nostra voluntate. vel viribus agamus. quod volumus. Novi enim plerosque vestrum ita ad dei cuncta referre gratiam. Ut non in partibus. sed in genere. hoc est nequaquam in singulis rebus. sed in conditionis et arbitrii intelligant potestate. Cri. Non est ita ut estimas. Sed amice. utrumque dicimus. Ut et dei gratie sit quod tales conditi sumus et per singula opera illius adminiculo fulciamur. Atti. Constat ergo inter nos in bonis operibus post propriam voluntatem. dei nos uti ad iutorio in malis dyaboli. Cri. Constat. et super hoc nulla contentio est. Atti. Male ergo sentiunt qui per singulas res quas agimus dei auferunt adiutorium. Et illud quod psalmista canit. Nisi dominus edificaverit domum. in vanum laboraverunt qui edificant eam. Nisi dominus custodierit civitatem. in vanum vigilaverunt. qui custodiunt eam. et cetera huiusmodi. perversis interpretationibus. ymo risum dignis. ad alios sensus retorquere nituntur. Cri. Sed michi necesse est. contra alios dicere. cum meam responsionem habeas. Atti. Tuam responsionem cupimus. bene eos sentire an male? Cri. Et que me cogit necessitas. Ut contra alios promam sententiam. Atti. Disputationis ordo et ratio veritatis. An ignoras omne quod dicitur. aut esse. aut non esse. et aut inter bona aut inter mala debere numerari? Hoc ergo de quo interrogo. aut bene dici aut male ingratis tibi fatendum est. Cri. Si in singulis rebus quas gerimus dei utendum est adiutorio. ergo et calamum temperare ad scribendum. et temperatum pumice tergere. manum quoque aptare litteris. tacere. loqui. sedere. stare. ambulare. currere. comedere. ieiunare. flere. ridere. et cetera istiusmodi. nisi deus iuverit non poterimus. Atti. Iuxta meum sensum non posse perspicuum est. Cri. Et in quo liberum habemus arbitrium. et dei in nos gratiam custodimus. si ne hoc quidem absque deo possumus facere. Atti. Num sic damnata est liberi arbitrii

gratia ut dei per singula tollat adminiculum. Critobulus. Non tollit dei adiu-
torium cum creature et semel dati liberi arbitrii gratiam construit. Si enim absque
deo et nisi per singula ille me iuverit nichil possum agere nec pro bonis
me iuste operibus coronabit nec affliget pro malis. Sed in utroque suum vel
recipiet vel dampnabit auxilium. Atticus. Dic ergo simpliciter quod dei aufe-
ras gratiam quam enim tollis in partibus necesse est ut in genere neges. Critobulus. Non
nego gratiam cum ita me adeo asseram conditum ut per dei gratiam mee datum
sit voluntati vel facere quid vel non facere. Atticus. Dormitat ergo deus in
operibus nostris post data liberi arbitrii potestate nec orandus est ut in sin-
gulis rebus nos iuvet cum voluntatis nostre sit et proprii arbitrii vel facere
si volumus vel non facere si nolumus. Critobulus. Quomodo in ceteris creaturis con-
ditionis ordo servatur sic concessa semel liberi arbitrii potestate nostre voluntati
omnia derelicta sunt. Atticus. Ergo ut dixi non debeo adeo per singula auxi-
lium deprecari quod semel meo datum est arbitrio. Critobulus. Si in omnibus ipse
cooperatur non meum sed eius qui adiuvat ymo qui in me operatur premium
cum absque eo facere nichil possim. Atticus. Oro te non legisti non est volentis
neque currentis sed miserentis est dei? Ex quo intelligimus nostrum quidem esse
velle et currere sed ut voluntas nostra compleatur et cursus ad dei misericordiam
pertinere atque ita fieri ut et in voluntate nostra et in cursu liberum servetur ar-
bitrium et in consummatione voluntatis et cursus dei cuncta potentie relinquatur.
Taceo nunc in scripturarum testimonia replicanda sunt quo per singula dei
sancti flagitent auxilium et in singulis operibus suis illo adiutore et pro-
tectore uti desiderent. Lege totum psalterium omnes sanctorum voces nichil
erit nisi aliud in cunctis operibus deprecatio. Ex qua perspicue ostenditur te aut dei
negare gratiam quam tollis in partibus aut si in partibus dederis quod nequaquam
te velle manifestum est in nostram sententiam transire qui sic liberum hominis servamus
arbitrium ut dei per singula adiutorium non negemus. Critobulus. Captiosa
est illa conclusio et dyaleticorum arte descendens. Michi autem nullus auferre
poterit liberi arbitrii potestatem ne si in operibus meis deus semper extiterit
non michi debeatur merces sed ei qui in me operatus est. Atticus. Fruere libe-
ri arbitrii potestate ut contra deum armes linguam tuam atque in eo te liberum
probes si tibi liceat blasphemare. Verum super hoc quod sentias nulli
dubium est et prestigie confessionis differentie tue apertissima luce clarue-
runt. Nunc revertamur ad id unde differre cepimus. Dic michi si tibi videtur
hoc quod non tollis dei adiutorium paulo ante dicebas posse hominem non
peccare si velit. Impeccabilem dicas non satis intelligo? Critobulus. Ita non dicis
es ut manifesta non sentias. Atticus. Non me pudet nescire quod nescio
et desuetum est disputatio debet inter utrumque convenire quod sensum habeat.
Critobulus. Ego hoc assero qui potest se uno die abstinere a peccato posse et
altero qui posse duobus et tribus qui tribus posse diutius si voluerit
observare. Atticus. Dic ergo simpliciter posse hominem in perpetuum sine peccato

esse si velit. Possumus ne omnia quae volumus? **Cri:** Nequaquam. Neque
enim possum quidquid volo. Sed hoc solum dico, posse hominem sine peccato esse si
velit. Quaeso ut michi respondeas: hominemne me putas an beluam? Si
de te ambigo utrum homo an belua sis, ipse me beluam confitebor. **Atti:**
Si ergo, ut dicis, homo sum, quomodo cum velim et satis cupiam non peccare,
delinquo? **Cri:** Quia voluntas imperfecta est. Si enim vere velles, vere
utique non peccares. **Atti:** Ergo tu qui me arguis non vere cupere, sine peccato
es, quia vere cupis. **Cri:** Quasi ego de me dicam quem peccatorem esse con-
fiteor, et non de paucis et raris si qui voluerint non peccare. **Atti:** In-
terim eximes tuo iudicio et ego qui interrogo et tu qui respondes pec-
catores sumus. **Cri:** Sed possumus non esse si velimus. **Atti:** Dixi
velle me non peccare, te quoque assentire non dubium est. Quomodo ergo quod uterque
volumus, uterque non possumus? **Cri:** Quia plene non volumus. **Atti:**
Da ergo qui maiorum nostrorum plene voluerint et potuerint. **Cri:**
Hoc quidem non facile est ostendere. Neque enim quando dico posse hominem sine pec-
cato esse si velit, aliquos fuisse contendo, sed simpliciter posse esse si velit.
Aliud est namque esse posse, quod grece dicitur virtus THAUNAMI, aliud
esse quod illi appellant THENEPTIN, sed nec dum dici. Quidquid ergo
possum licet non dum sim, tunc ero si voluero. **Atti:** Aliud sunt artes,
aliud id quod super artes est. Medicina et fabrica et artes cetere inveniuntur
in plurimis; sine peccato autem esse perpetuo divine solius est potestatis. Itaque aut da
exemplum qui absque peccato fuerint in perpetuum, aut si dare non potes confitere imbe-
cillitatem tuam, et noli ponere in celo os tuum, ut posse et esse posse stultorum
illudas auribus. Quis autem enim tibi concedat posse hominem facere quod
nullus umquam hominum potuerit? Cum tu dyalecticis ne imbutus quidem es. Si
enim potest homo, non posse tollitur. Sin autem non potest, posse subruitur. Aut
concede michi aliquem potuisse quod fieri posse contendis, aut si nullum
hoc potuit invitus teneberis nullum posse quod possibile iactitas. Inter
Dyodorum et Chrisippum valentissimos dyalecticos Περὶ δυνατῶν ista
contentio est. Dyodorus id solum posse fieri dicit quod aut sit verum aut verum
futurum sit, et quidquid futurum sit id fieri necesse esse; quidquid autem non sit futurum
id fieri non posse. Chrisippus vero et que non sunt futura posse fieri dicit,
ut frangi hoc margaritum etiam si id numquam futurum sit. Qui ergo aiunt posse
hominem esse absque peccato si velit, non poterunt hoc verum probare nisi futurum
docuerint. Cum autem futura incerta sint omnia et maxime in ea que numquam
facta sunt, perspicuum est eos id futurum dicere quod non sit futurum. Ecclesiastes hanc con-
firmat sententiam: Omne quod futurum est iam factum est in prioribus seculis. **Cri:** Oro te
ut hoc michi respondeas: possibilia Deus mandata dedit an impossibilia?
Atti: Cerno quo tua attendat assertio. Sed de hoc in posterioribus disse-
rendum est, ne dum miscemus questionibus questiones, obscuram audientibus
intelligentiam relinquamus. Reservato ergo hoc quod fatemur possibilia dedisse

deum dedisse mandata. Ne ipse iniusticie autor sit si id exigat fieri quod
non potest fieri. Aut illud imple qd' proposueras posse hominem sine peccato
esse si velit. Aut eum dabis eos qui potuerint. aut si nullus potuit liquido
confitebeus hominem imperpetuum vitare peccata non posse. Crit. Cum vrgeas
me me. vt dem quod dare non debeo. illud quesso considera. qd' dominus
dixerit. facilius camelum per foramen acus intrare posse quam diuitem in regna
celorum. et tamen dixit posse fieri. qd' numquam factum est. Neque enim vmquam camelus
per foramen acus ingressus est. Atti. Miror hominem prudentem proposuisse
testimonium. qd' contra se faciat. In hoc enim non quo fieri possit dictum est. sed
impossibile impossibili comparatum. quo enim camelus non potest intrare per fo-
ramen acus. Ita et diues non ingredietur regna celorum. aut si potius
ostenderis quod diues ingrediatur regna celorum. sequitur ut et camelus intret per
foramen acus. Nec michi abrahe et ceterorum quos in veteri testamento di-
uites legimus exempla proponas qui diuites ingressi sunt regna celorum. cum
tamen ipsis diuitiis ad bona abutentes opera. diuites esse desierint. ymo
non sibi sed aliis diuites fuerint. et dispensatores magis dei quam diuites
appellandi sint. Sed nobis ewangelica perfectio querenda est. in qua precipitur
Si vis perfectus esse vade vende omnia tua que habes et da pauperibus
et veni sequere me. Crit. Cum nescis proprio captus es laqueo. Atti.
Quo sic amodo. Crit. Ex sententia domini asseris hominem posse esse perfectum
qui enim dicit. Si vis perfectus esse. Vende omnia que habes. et da pauperibus
et veni sequere me. Ostendit hominem si voluerit et fecerit que precepta sunt posse
esse perfectum. Atti. Validissimo quidem pugno me percussisti. ita ut caligantes
mihi oculos obuersari cepit. Sed tamen hoc ipsum qd' dicitur. Si vis esse perfectus
ei dicitur qui non potuit. ymo noluit. et ideo non potuit. tu autem ostende mihi
qui et voluit et potuit. qd' nunc pollicitus es. Crit. Que enim me cogit
necessitas ostendere quod perfecti fuerint. Cum perspicuum sit posse esse perfectos. ex eo
quod vni adulescentem sit dictum et per vnum omnibus. Si vis esse perfectus. Atti.
Tergiuersaris et in eodem luto hesitas. Aut enim quod fieri potest aliquando
factum est aut si numquam factum est. fieri non posse concede. Crit. Quid
vltra differo? scripturarum auctoritate vincendus es. vt cetera pretermittam.
Nonne hiis duobus testimoniis tibi imponetur silencium. In quibus Job et
Zacharias elizabeth que laudantur. nisi fallor enim in job ita scriptum est.
Homo quidam erat in regione ausitide. nomine Job. et erat homo ille verax
et sine crimine verus dei cultor abstinens se ab omni re mala. Et iterum quis
est qui arguit Iustum meum sine peccato. et loquitur verbis suis pignoraciam. Inuenio
quoque secundum Zachariam. de vice abya. et vxor illius de filiabus aaron et nomen
eius elizabeth. Erant autem ambo iusti coram deum incedentes in omnibus
mandatis et iustificacionibus domini sine querela. Si verus dei cultor est. et
inmaculatus et sine crimine et qui ambulat in cunctis iustificacionibus domini

iusti sint in conspectu eius. Puta quod peccato careat. et nulla re indigeant.
que ad iusticiam pertinet. **Atti.** Proposuisti testimonia que non de alterius scrip/
ture loco sed de iob libris absoluta sunt. Nam et iob postquam percussus est
plaga. multa adversus sententiam dei provocans eum ad iudicandum dixisse convincitur.
Atque utinam sic iudicaretur vir cum deo. quomodo iudicatur filius hominis cum collega
sua. Et iterum quis tribuat mithi auditorem. Ut desiderium meum omnipotens
audiat. et librum scribat ipse qui iudicat. Et rursum. Si fuero iustus os meum
impia loquetur et si absque crimine pravus inveniar. Et si purificatus fuero nive
et lotus mundis manibus. satis me sorde tinxisti. Et execratum est me ve/
stimentum meum. Et de zacharia scriptum est quod angelo nativitatem filii
pollicente dixerit. Unde hoc sciam ego enim sum senex. et uxor mea proces/
sit in diebus suis. Ob quod statim silencio condemnatur. eris tacens et loqui non
poteris. usque ad diem quo fiat hoc. pro eo quod non credidisti verbis meis. que com/
plebuntur in tempore suo. Ex quo perspicuum est iustos quidem dici et inmaculatos.
sed si negligentia subrepserit. posse corruere. et sic hominem in medio po/
situm. ut et de virtutum culmine ad vicia dilabatur et de viciis ascendit ad/
sublimia et numquam eum esse securum. sed semper metuere in tranquillitate nau/
fragium. Ac propterea hominem sine peccato esse non posse dicente salomone. Non est
homo iustus super terram. qui faciat bonum et non peccet. et eodem in regnorum libro
Non enim est homo. qui non peccet. Ac beato david. Delicta quis intelligit
ab occultis meis munda me. et ab alienis parce servo tuo. Et iterum. Ne ingredi/
aris in iudicium cum servo tuo. quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens
Et multa alia quibus scripture sacre plene sunt. **Crit.** Quid ergo respondebis ad
illud exemplum. quod ponit evangelista iohannes. Scimus quod omnis qui na/
tus est ex deo. non peccat. sed generatio dei conservat eum. et malignus
non tangit eum. Scimus quoniam ex deo sumus et mundus totus in maligno
positus est. **Atti.** Par pari refero. A prima evangeliste epistolam. secundum
sensum tuum. docebo eum esse contrarium. Si enim omnis qui natus est ex deo peccatum
non facit. quoniam semen eius manet in eo. et non potest peccare. quia ex deo
natus est quomodo consequencia idem in eodem loco sequitur. Si diximus
quoniam peccatum non habemus. ipsi nos seducimus. et veritas in nobis non est.
Ignoras racionem. hesitas. atque turbaris. et ~~veritas~~ Audi eundem evan/
gelistam. Si confiteamur peccata nostra. fidelis est et iustus. ut dimittat nobis
peccata nostra et mundet nos ab omni iniquitate. Tunc ergo iusti sumus.
quando nos peccatores fatemur. et iusticia nostra non ex proprio merito. sed ex dei consistit
misericordia. dicente sancta scriptura. Iustus accusator sui est in principio
sermonis. Et in alio loco. Dic tu peccata tua ut iustificeris. Conclusit enim deus
omnia sub peccato. ut omnibus misereatur. Et hec hominis summa iusticia.
quicquid potuerit habere virtutis. non suum putare esse. sed domini qui lar/
gitus est. Qui ergo natus est ex deo. non peccat quamdiu semen
dei manet in eo. et non potest peccare. quia ex deo natus est. Sed

quia magistro domino dormiente paterfamilias inimicus homo zizania
superseminat. Et frumento horreis condito bono, dum nescimus, lolium aut a
nascitur, sator noster non intellexit. Ideo palea illa evangelii formidanda
est que purgata area et frumento horreis condito paleas ventorum flati-
bus dispergendas et urendas ignibus derelinquit. Unde et in Hieremiam
scriptum legimus: Quid de paleis ad frumentum dicit dominus. Palee autem frumento
inestimabili secuti seperantur. Ex quo apparet dum sumus in corpore isto morta-
li mixtos esse cum tritico. Quod si oppositus est dixerit et non potest
peccare quia ex deo natus est, audiens et ubi erit principium voluntatis.
Si enim ideo non peccat quia peccare non potest, liberum tollitur arbitrium
et nequaquam nostrum fiet, sed nature bonum, que peccata non capiat. Critobulus. Urgentia
faciliora proposui ut te in minoribus exercerem. Quid ad illud dicere poteris
quod quamvis sis ingeniosus nulla valebis arte subvertere. Primum ponam
de veteri testamento, deinde novo. Veteris testamenti princeps est
Moyses, novi dominus atque salvator. Moyses loquitur ad populum: Perfecti estote in conspectu
domini dei vestri. Et salvator ad apostolos: Estote perfecti sicut pater vester
celestis perfectus est. Aut enim possibile est audientibus facere quod dominus et
Moyses preceperunt, aut si impossibile, non est culpa eorum qui obedire non pos-
sunt, sed eius qui impossibilia precepit. Atticus. Hic locus apud imperitos
et scripturarum sanctarum meditatione usque et scientia non habentes videtur opinio-
ni tue prima fronte blandiri. Ceterum discussus facile solvitur, et tu testi-
monia scripturarum aliis gravioribus testimoniis, ne de spiritu sancto pro qualitate
locorum et temporum videatur contrarius esse, secundum illud quod scriptum est: Abyssus
abyssum invocat in voce cataractarum suarum, tunc veritas apparebit.
Dicis a Christo possibilia precepisse dicente: Estote perfecti sicut et pater vester
celestis perfectus est. Et tamen apostolos non fuisse perfectos. Critobulus. Non dico quod a-
postoli fecerint, sed quod Christus precepit. Neque enim culpa imperantis est, sed eorum
qui audierunt imprudentia, quod utique potuisse fieri ex iustitia eius qui imperabat ag-
noscitur. Atticus. Pulchre. Nolo ergo michi dicas posse homines sine peccato
esse si velint, sed posse hominem id esse quod apostoli non fuerunt. Critobulus. Tam
stultum me putas ut hoc audeam loqui. Atticus. Licet non loquaris, tamen ex-
positione tua ipsa consequentia et rerum ordine invitus hec loqueris.
Si enim potest homo esse sine peccato, quod apostolos non potuisse perspicuum est, potest
homo esse super apostolos, ut taceam de patriarchis et prophetis, quorum in lege
non fuit perfecta iustitia, secundum illud apostoli: Omnes enim peccaverunt et
egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem que est in Christo
Iesu, quem proposuit deus propitiatorem. Critobulus. Hec argumentatio tortuosa est
ecclesiastica simplicitate mea philosophorum spineta concludens. Quid
Aristoteli et Paulo? Quid Platoni et Petro? Ubi enim princeps philosophorum
ita hic apostolorum fuit, super quem ecclesia domini stabili mole fundata est, que

nec impetu fluminis nec ulla tempestate concutitur. Atti. Rhetoricaris. et dum michi obiicis philosophorum adoratorum castra transcendis. Verum audi quid idem loquatur orator tuus. desine communibus locis domi nobis ista nascuntur. Crit. Nulla hic eloquentia est. nullus oratorum timor. quorum diffinitio est dicere ad persuadendum accommodate. sed parum puto sermonem quem nimis veritatem. qui dominum possibilia non fecisse. que si non possunt fieri non eos qui impossibilia non faciunt. sed illum qui impossibilia precepit. quod nephas dictu sit convinci iniustitie. Atti. Video te contra mores tuos vehementer esse commotum. et preter argumentum declinas. sed paucis pace interrogabo. quid de illo apostoli loco sentias. quam scribit ad philippenses. Non quia iam acceperim aut iam perfectus sim. persequor autem si comprehendam in quo et apprehensus sum a christo. fratres ego me non arbitror comprehendisse. unum autem posteriorum obliviscens ad ea que in priora sunt me extendens. iuxta propositum sequor ad bravium superne vocationis dei in christo ihesu. Quod ergo perfecti hoc sapiamus et si quid aliter sapitis hoc quoque vobis deus revelavit. et cetera. que testimonia non dubito. et nos brevitatis studio retexerimus. quid dicit se nec dum comprehendisse et nequaquam esse perfectum. sed instar sagittarii ad propositum et ad signum iacula dirige que significantius greci scopon vocant ne sagitta ad partem declinans alteram imperitum ostendat sagittarium. et asserit preteritorum se semper oblivisci et ad priora semper extendi. per quam docet preterita negligenda et futura cupienda ut quod hodie perfectum putaverit. dum ad meliora et priora extenditur. cras imperfectum fuisse convincat. Atque ita per singulos gradus dum nunquam instat. sed semper incursu est imperfectum. docet quod hominis putabamus esse perfectum. solaque perfectio et vera iustitia dei tantum virtutibus coaptanda. Secundum propositum inquit persequor ad bravium superne vocationis dei in christo ihesu. O apostole paule ignosce mihi in quasi homunculo mea vitia confitenti. si audacter interrogem dicis te nec dum accepisse et nec dum comprehendisse et nec dum esse perfectum et preteritorum semper oblivisci et ad priora te extendi. Si quo possis occurrere in resurrectione mortuorum et consequi bravium superne vocationis. Et quo statim infert dicens ergo perfecti hoc sapiamus sive sapimus. dicta enim sunt exemplaria. quid sapimus. et sive sapiamus nos esse perfectos. quod non dum perfecti simus. Quod ergo sapimus ymo quid sapere debemus. qui perfecti sumus. imperfectos nos esse confiteri et nec dum comprehendisse. nec dum accepisse. Hec est hominis vera sapientia imperfectum esse se nosse atque ut ita loquar cunctorum in carne iustorum imperfecta perfectio est. Unde et in proverbiis legimus. ad intelligendam iustitiam veram nisi enim esset et falsa iustitia. nunquam dei vera iustitia diceretur. Et in eodem apostoli loco sequitur. Et si quid aliter sentitis et hoc vobis deus revelavit. Rem novam audio. qui paulo ante dixerat non quia iam acceperim. quia iam perfectus sum. et vas electionis. quam in presidentia habitantis in se christi audiebat loqui dum experimentum queritis eius. qui in me loquitur christus. Et tam simpliciter

fatebatur. ~~[illegible]~~ se non esse perfectum. Nunc quod superius hic de-
negabat, mittit in turba. Jungit se cum ceteris et ait: Quicumque ergo perfecti
hoc sapiamus. Sed qua ratione hoc dixerit, exponit in consequentibus: Hoc
inquit sapiamus qui volumus secundum humane fragilitatis modulum esse per-
fecti. Nec dum nos accepisse, nec dum comprehendisse, nec dum esse per-
fectos. Et quia nec dum perfecti sumus, et forsitan aliter sapimus quam postulat vera
et perfecta perfectio, si quid aliter sapimus, id est aliter intelligimus quam dei habet scientia,
et hoc nobis dominus revelabit, ut precemur cum David atque dicamus: Revela
oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua. Ex quo perspicuum est duas
in scripturis sanctis esse perfectiones, duasque iusticias et duos timores:
primam perfectionem et incomparabilem veritatem, perfectamque iustitiam et timorem qui est
initium sapientie, dei virtutibus coaptandam. Secundam autem que non solum hominibus
sed et omnibus creaturis competit nostre fragilitati, iuxta illud quod in psalmis dicitur:
Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Ideo iusticia que non com-
paratione sed scientia dei dicitur esse perfecta. Job quoque et zacharias et elizabeth iusti
dicti sunt secundum eam iusticiam que possit in iniusticiam aliquando mutari, et non secundum
illam que mutari numquam potest et qua dicitur: Ego deus et non mutor. Hoc est
quod apostolus in alio loco scribit: Etenim non est glorificatum quod glorificatum est
propter excellentem gloriam. Id est videlicet legis iusticia ad comparationem evangelice gratie
non videatur esse iusticia. Si enim ait quod destruitur gloriosum est, multo magis
quod permanet est in gloria. Et iterum: Ex parte scimus et ex parte prophetamus. Cum autem
venerit quod perfectum est, destruentur illa que ex parte sunt. Et videmus nunc per spe-
culum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc ex parte cognosco, tunc cognoscam
sicut et cognitus sum. Et in psalmis: Mirabilis facta est scientia tua ex me et
confortata est et non potero ad eam. Et iterum: Existimabo cognoscere, hoc labor est
in conspectu meo donec introeam in sanctuarium et intelligam in novissimis
eorum. Et in eodem loco: Ut iumentum factus sum apud te, et ego semper tecum. Et
Jeremias: Stultus factus est omnis homo a scientia. Et idem paulus apostolus: Fa-
tuum inquit dei sapientius est hominibus, et multa alia que studio brevitatis
omitto. Critobulus. Argute quidem mihi attici memoriterque dixisti, sed labor
tuus et multiplex testimoniorum replicatio mee parti proficit. Neque enim hoc
ego hominem deo comparo sed aliis hominibus, quorum collatione qui studium de-
derit potest esse perfectus. Atque ita fiat quod dicitur: Homo potest esse sine peccato si voluerit
iuxta mensuram hominis, non iuxta dei dicitur maiestatem, cuius comparatione nulla
creatura potest esse perfecta. Atticus. O critobole, hoc memoras meum fuisse
et ego hoc sentio nullam creaturam secundum veram consummatamque iusticiam pos-
se esse perfectam. Ceterum aliud differre alio et diversas in hominibus esse
iusticias nulli dubium est et vel maiorem esse alium vel minorem, et
tamen secundum statum et mensuram suam posse iustos nominari, qui aliorum comparatione
non iusti sunt. Verbi gratia: Paulus vas electionis, qui plus omnibus apostolis

laborauit. Utique iustus erat scribens ad thymotheum. Certamen bonum
certaui cursum consumaui. fidem seruaui. De cetero reposita est michi corona
iusticie quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem michi. sed
et omnibus qui diligunt aduentum eius. Iustus erat et thimotheus discipulus eius
et imitator. quem docet. quid agere debeat. et quem modum tenere virtutum pu-
tamus. ne vna et eandem vtriusque fuisse iusticiam. et non plus habere meri-
torum eum. qui plus omnibus laborauit. Multe mansiones apud patrem. quia et
merita diuersa. Stella a stella differt in gloria et in vna ecclesia corpore membra
diuersa sunt. habet sol fulgorem suum. luna quoque noctis tenebras temperat. Et
quinque alia sidera. que vocantur erratica. diuersis cursibus et luminibus celum peragrant
Innumerabiles alie stelle quarum in celo infirmamento terminus. in singulis
diuersa sunt lumina. et tamen in suo vna queque perfecta est. Ita dumtaxat ut comparatione
maioris perfectionis careat. In corpore quoque cuius membra diuersa sunt. aliud oculus
aliud manus. aliud pes agunt. Unde dicit et apostolus. Non potest oculus dicere manui
non es mihi necessaria. aut iterum caput pedibus. Non desidero opera vestra.
Numquid omnes apostoli. numquid omnes prophete. Numquid omnes magistri. Numquid omnes virtutes
Numquid omnes donationes habent sanitatum. Numquid omnes linguis loquuntur
Numquid omnes interpretantur. Emulamini dona maiora. Omnia autem hec operatur
vnus atque idem spiritus diuidens propria vnicuique prout vult. In quo diligenter in-
tende quod non dixerit. secundum quod vnumquodque membrum cupit sed secundum quod ipse vult
spiritus. Neque dicere enim potest vas figulo. Quare ita vel ita me fecisti. An non
habet figulus potestatem. de eodem luto. aliud vas facere in honorem. aliud in con-
tumeliam. Unde consequenter adiecit. Emulamini dona maiora vel meliora quibus sumus
hiis qui comparationis ut fide et industria plus ceteris castificatibus habemus meliores
meliores quam sumus hiis qui comparatione vestri in secundo vel tercio gradu positi sunt. In
domo magna vasa diuersa sunt. alia aurea alia argentea. enea ferrea. lig-
nea quia et tamen secundum modulum suum cum eneum vas perfectum sit. comparatione argen-
tei vasis imperfectum dicitur. Rursum quod argenteum aurei collatione deterius est.
atque hoc modo dum sibi inuicem comparantur. et imperfecta sunt omnia. In agro terre bone
ex vna semente. tricenarius et sexagenarius et centenarius fructus exoritur
Ipsis numeris indicatur imperfectum quod nascitur. et tamen in suo perfecta sunt singula. Eli-
sabeth et zacharias. quo testimonio quasi impenetrabili veritatis clipeo. docere
nos possunt. quanto inferiores sint beate marie virginis matris domini sanctitate. que
conscientia in se habitantis dei libere proclamabat. Ecce enim ex hoc beatam
me dicent omnes generationes. Quia fecit michi magna qui potens est
et sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Fecit
potenciam in brachio suo. In quo animaduerte quod beatam esse se dicat. non proprio me-
rito atque virtute. sed dei in se habitantis clemencia. Ipse quoque iohannes quo maior
nemo fuit inter natos mulierum parentibus suis melior est. Non enim solum
hominibus sed et angelis testimonio domini comparatur. et tamen qui cunctis hominibus erat

maior in eta · minime in regno celorum minor fuisse perhibetur · Quid mirum colla
cione sanctorum alios esse meliores · alios inferiores cum econtrario hoc liquido
possit intelligi · Ad ipsum dicitur / a multis erat peccatorum confossa vulneribus / Iustifi
cata est sodoma ex te · non quo sodoma per se iusta sit · que in cineres collapsa
audit per ezechiel · restituetur sodoma in antiquum · sed quo comparacione sceleratorum
hierusalem · hec iusta videatur · Illa enim filium dei trucidauit · hec propter habundanciam
panis · et luxurie magnitudine excessit modum libidinis · Publicanus in
euangelio / qui percuciebat pectus · quasi thesaurum cogitacionum pessimarum et con
sciencia delictorum · oculos non audebat tollere · superbientis pharisei collacione fit
iustior · Et thamar sub specie meretricis fallit iudam · et ipsius sentencia / qui deceptus est
meretur audire · Iustificata est thamar magis quam ego · Ex quibus omnibus approbatur
non solum ad comparacionem diuine maiestatis · homines nequaquam esse perfectos · sed nec an
gelorum quidem et ceterorum hominum · qui virtutum culmina conscenderunt · vt tu tu / qui melior
es / alium collacione tui imperfectum esse monstraueris · Rursum ab alio te perfecte vin
ceris · ac per hoc non habeas veram perfectionem · que si perfecta sit nulla re indiget
Crit. Et quomodo ad perfectionem diuinus sermo prouocat · Atti · Hac racione
qua dixi · Vt secundum vires suas vnusquisque quantum valuerit extendatur · Si quomodo
possit peruenire · et comprehendere brauium superne vocacionis · Denique omnipotens deus
cui docet apostolus / iuxta dispensacionem carnis assumpte subiciendum filium · Vt sit
deus omnia in omnibus perspicue demonstrat · nequaquam sibi cuncta esse subiecta · Vnde et
propheta subiectionem sui in fine presumit dicens · Nonne deo soli subiecta erit anima
mea · ab ipso enim salutare meum · Et quia in corpore ecclesie caput xpus est · quamdiu
Nam si patitur vnum membrum compatiuntur omnia et totum corpus vnius membri dolore
cruciatur quod dico ita manifestius fiet · quamdiu habemus thesaurum istum in vasis
fictilibus et fragili carne circumdamur · ymo mortali et corruptibili · beatos esse
nos credimus si in singulis virtutibus · partibus virtutum deo subiecti simus · Cum autem
mortale hoc induerit in mortalitatem et corruptiuum incorrupcione vestitum
et absorpta mors in xpi victoria · tunc deus erit omnia in omnibus Vt non sit tantum
in salomone sapiencia · In dauid tantum mansuetudo · In helija et phinees zelus ·
In abraham fides · In petro · cui dictum est · Symon iohannis amas me · perfecta
dileccio · In electionis vase studium predicandi · Et in ceteris vel bina vel trina · sed
totus in cunctis sit · et omni virtutum choro sanctorum numerus glorietur · et sit deus
omnia in omnibus · Crit. Nullus ergo sanctorum / quamdiu in isto corpusculo est
cunctas potest habere virtutes · Atti · Nullus · quia nunc ex parte prophetamus · et ex
parte cognoscimus nec enim possunt omnia esse in hominibus · quia non est immortalis
filius hominis · Crit. Et quomodo legimus qui vnam habuerit omnes habere vir
tutes · Atti · Participacione non proprietate · necesse est enim quod singuli excellant
in quibusdam · et tamen hoc / quod legisse te dicis / vbi scriptum sit nescio · Crit. Ig
norabas hanc philosophorum esse sentenciam · Atti · Sed non apostolorum · Neque enim cure
mihi est · quid aristoteles · sed quid paulus doceat · Crit. Obsecro te · Nonne

Iacobus apostolus scribit. qui in uno offenderit. esse eum omnium reum. Attici.
Ipse locus se interpretatur. Non enim dixit ut in reperiar disputacio. qui diuite
pauperi in honorem pretulerit. reus est adulterii vel homicidii. In hoc enim
delyrant stoyci. paria contendentes esse peccata. Sed etiam ita qui dixit
Non mechaberis. dixit et non occides. Quod si non occides. mechaberis
autem factus es transgressor legis. Leuia enim leuibus et grauia
grauibus comparantur. Nec ferula dignum vicium gladio vindicandum est. Nec
gladio dignum scelus ferula cohercendum. Critobuli. Esto ut nullus sanctorum
omnes virtutes habeat. Hoc certe dabis in eo quod potest facere. si fecit. esse perfectum.
Attici. Non tenes quod supra diximus. Critobuli. Aliud nam illud est. Attici.
Perfectum esse in eo quod fecit. et imperfectum in eo quod facere non potuit.
Critobuli. Sed sicut perfectus est in eo quod fecit. quia facere voluit. Ita et in eo
per quod imperfectus est. quia non fecit. perfectum esse potuisse si facere voluisset.
Attici. Quis enim non vult facere quod perfectum est. aut quis non cunctis cupiat florere
virtutibus. Si totum exquiris ab omnibus tollis rerum diuersitatem et graciarum distinc-
tionem. et creatoris artificum varietatem. cui sacro carmine propheta cantat: Omnia
in sapiencia fecisti. Indignetur lucifer quare lune fulgorem non habeat. Luna super suis
defectibus et labore causetur. cur annuum solis circulum singulis mensibus expleat.
Sol queratur quid offenderit ut lune cursu tardior sit. Clamemus et nos homun-
culi. quid cause extiterit. ut homines et non angeli facti simus. quamquam
magister vester ΩPXDIOC de cuius hic fonte procedunt. omnes rationales
creaturas equo asserat iure conditas. ut instar quadrigarum et curruum
de carceribus exeuntes. in medio spacio. vel corruant vel pre volent. et ad optata
perveniat. Elephanti tante molis et griphes in sua grauitate causentur.
cur quaternis pedibus incedant. et musce culicesque et cetera huiuscemodi anima-
ncia. sub pinnulis senos pedes habeant. et aliqui vermiculi sint. qui tantis
pedibus scateant. ut innumerabiles sui motus nulla acies comprehendat. Dicat
hoc marchion et omnes heretici qui creatoris opibus illudunt vestrum decretum
huiusque perveniet. et deum singula calumniatur. inicium iniciat deo. Cur solus
deus sit. cur invideret creaturis ut non omnes eadem polleant maiestate. quod
licet non dicatis. neque enim tam insani estis. ut aperte repugnetis deo. tamen
aliis verbis loquimini. te dei hanc computates. ut sit absque peccato. quod et deus est.
Unum et apostolus. super diuersis intonans graciis loquitur. Diuisiones dona-
cionum sunt. idem autem spiritus. Et diuisiones ministeriorum. sed idem dominus. Et diui-
siones operacionum. unus autem deus. qui operatur omnia in omnibus. Critobuli. Ni-
mius es. moratur atque eadem questione. ut persuadeo concertis hominis vni usa
sit habere ne posse. Quasi aut inuiderit. aut non potuerit deus prestare yma-
gini et similitudini sue ut in omnibus suo respondeat creatori. Attici. Ego
ne nimius. an tu qui soluta proponis. et non intelligis aliud esse similitudinem

aliud equalitate. Illud picturam. hoc esse corporis veritate. Velut equus
camporum spacia transuolat. pictus parieti heret. Interim accipiam dei
filio non concedunt. quod tu omni homini tribuis. Alii non audent perfectum
in xpo hominem confiteri ne suscipere in eo hominis peccata cogantur. quasi po/
tencior sit creatio creatore et ipsum filius tantum hominis. quam filius dei.
Aut ergo propone alia quibus respondeam. aut desine superbire. Et da gloriam
deo. Crit. Immemor es sponsionis tue. et dum argumentis argumenta
connectis. ac perpetuarum latissimos campos inseris. qui libertate bachabaris
super fortissima questione tui pollicitus es te in consequentibus responsurum. omnino
tacuisti. oblivionem simulans. ut necessitate responsionis euaderes. Et ego
stultus ad horam tacui quod petebas existimans oblaturum sponte quod accipias
et non admonitum reddere quod debebas. Atti. Nisi fallor. de possibilibus
mandatis dilata responsio est pone ergo ut volueris. Crit. aut possibilia
deus mandata dedit aut impossibilia qui si possibilia. in nostra est potestate ea
facere si velimus. Si impossibilia nec in hoc rei sumus si non facimus quod
implere non possumus. Ac per hoc sive possibilia dedit deus mandata
sive impossibilia. potest homo sine peccato esse si velit. Atti. Queso ut patienter
audias. non enim de adversario victoriam. sed contra mendacium querimus veritatem
Deus possibiles dedit humano ingenio omnes artes quippe quas plurimi didice/
runt. Ut taceam de his quas greci banausias vocant. nos ad opera manuum
pertinere possumus dicere. Verbi gracia gramaticam. rethoricam physice tria genera
phisicam et ethicam logicam geometriam quoque et astronomiam. astrologiam. et
arismeticam. musicam que et ipse partes philosophie sunt medicinam que in tria dividitur
DOGMA. MEBODONEM PEIRIAN iuris quoque et legum scientiam. quis tam
quamvis sit ingeniosus per universa comprehendere. tam eloquentissimus orator de/
rethorica et iuris scientia disputans dixerit. pauci unum possunt. utrumque nemo
Vides ergo quod et deus possibilia iusserit. et tamen id quod possibile est per naturam
nullum potuisse complere. Dedit itaque preceptis diversa. virtutesque varias. quas
omnes simul habere non possumus. Atque ita fit. ut quod maius et primum aut
totum est in alio ex parte vel sit. et tamen non sit in crimine qui non habet omnia. nec
condempnetur ex eo quod non habet. sed iustificetur ex eo quod possidet. Descripsit paulus
qualis esse episcopus debeat. scribens ad thymotheum. Oportet episcopum irreprehensibilem
esse. unius uxoris virum. sobrium pudicum. ornatum hospitalem. docibilem. non
vinolentum. non percussorem. sed mansuetum non litigiosum. sine avaricia.
Et iterum non neophitum. ne inflatus in iudicium incidat dyaboli. Oportet
autem eum etiam testimonium bonum habere de foris. Ne in opprobrium incidat
et laqueum dyaboli. Tito quoque scribens discipulo. quales episcopos debeat ordinare
brevi sermone demonstrat. Ideo reliqui te crete. ut que reliqua sunt corrigas. et
constituas presbiteros. sicut ego tibi precepi. Siquis est sine crimine. unius uxoris
vir filios habens fideles. non in accusacione luxurie. aut non subiectos

Oportet autem episcopum esse sine crimine sine accusatione. hoc enim magis anenkleton
sonat. Sicuti dei dispensatorem. Non protervum. Non iracundum. Non vinolen-
tum. Non percussorem. Non turpis lucri appetitorem. Sed hospitalem. benig-
num. pudicum. iustum sanctum. continentem. obtinentem doctrine fidelem sermonem.
Ut possit exhortari in doctrina sana. et contradicentes redarguere. ut diversarum
personarum varia precepta nunc sileam. ea tantum mandata episcopo in me tenebo. ut
certe deus tales esse episcopos sive presbiteros. quales vas electionis docet. Primum quod
dixit irreprehensibilis. aut nullus aut rarus est. Quis est enim qui non quasi
in pulchro corpore aut nevum habeat aut verrucam. Si enim ipse apostolus dicit de
petro. quod non recto pede incesserit in evangelii veritate. et in tantum reprehensibilis
fuit. ut et barnabas adductus sit in eandem simulationem. quis indignabitur
id sibi denegari quod princeps apostolorum non habuit. Deinde. Unius uxoris
virum. sobrium. pudicum. ornatum. hospitalemque. ut vitemus illud certe quod sequitur.
DIDAKTIKON. qui possit docere. non ut interpretatur latina simplicitas. docibi-
lem cum ceteris virtutibus difficulter invenias. Non violentum quoque. et percussorem. et turpis
lucri cupidum. repudiat apostolus et e contrario cupit mansuetum. absque iurgio. sine
avaricia. et ut domum suam optime regat. quodque vel difficillimum est. ut filios
habeat subiectos cum omni pudicicia. Vel filios carnis. vel filios fidei. cum om-
ni pudicicia. Non ei sufficit propriam habere pudiciciam. nisi eam filiorum et
comitum et ministrorum pudore decoret. dicente david. Ambulans in via
immaculata. hic michi ministrabat. Consideremus quoque epitasin pudicicie filios
habentes subditos in omni pudicicia. ut non solum opere. sed sermone quoque et nutibus
se abstineant impudicis. Ne forte illud incidat Heli qui certe increpuit
filios suos dicens. Nolite filii mei nolite malum hoc facere. non bonam famam
ego audio de vobis. Corripuit et punitus est. quia non corripere debuit. sed
abicere. quid faciet qui gaudet ad vicia. qui emendare non audet. qui conscientiam
sui metuit. et quod dictus propter plus clamitat nescire se simulat. quodque sequitur.
Anenkleton. ut a nullo accusetur. ut bonum operum ab his qui foris sunt
habeat. ut etiam adversariorum maledictis careat et quibus doctrina
displicet. placeat conversacio. puto quod non sit facile reperire maxime quod illud
ut potens sit adversariis resistere et pravas opprimere et superare doctrinas. Ut
non neophitus episcopus ordinetur quod videmus nostris temporibus plurima legi
iniusticia. Si enim baptismum statim iustum faceret et omni plenum iusticia.
nequaquam utique apostolus neophitum refutaret. Sed baptismum vetera peccata
concedit. novas virtutes non tribuit. dimittit de carcere. et dimisso si
laboraverit premia pollicetur. Aut nullus inquam aut rarus est. qui omnia
habeat. Habere debet episcopus. et tamen si unum vel duo de catalogo virtutum
episcopo cum quid defuerit. non tamen iusti carebit vocabulo. Nec ex eo damnabitur
quod non habet. sed ex eo coronabitur quod possidet. omnia enim habere et nulla in-
digere virtute eius est. qui peccatum non fecit. nec dolus inventus est

in ore eius · qui cum malediceretur non maledixit · qui confitenter virtutum conscientia
loquebatur · ecce venit princeps mundi huius · et in me inveniet nichil · qui
cum esset in forma dei nequaquam rapinam arbitratus est · equalem se esse deo ·
sed se exinanivit formam servi accipiens · et factus est obediens patri usque
ad mortem · mortem crucis · propterea donavit ei deus nomen quod est
super omne nomen · ut in nomine ihesu flectatur genu celestium · et terrena
et infernorum · si ergo in una christi persona pauca preceptorum et nequaquam · aut
difficulter invenias · quid facies de omni homine · qui cuncta debet implere
mandata · ex corporalibus consideremus spiritualia · alius velox pedibus est · sed non
fortis manu · ille tardus incessu · sed stabilis in prelio · hic pulchram habet faciem
sed raucae vocis est · alius tetram sed dulci modulatione decantat · illum ingeni-
osum sed obliviosum · hunc memorem · sed tardi videmus ingenii · in ipsis con-
troversiis · in quibus quondam pueri lusimus · non omnes similes ut in prohemiis
vel in narrationibus vel in excessibus · vel in argumentis · aut exemplorum
copia · et epilogorum dulcedine se agunt · sed eloquentie · in alia atque alia
parte dissimiles sunt · de viris magis ecclesiasticis loquar · multi evangelia bene
disserunt · sed in explanatione apostoli impares sibi sunt · alii cum in instrumento
novo optime senserint in psalmis · et in veteri testamento muti sunt · hoc
totum dico · quod non omnia possumus omnes · rarusque aut nullus est divitum
qui in omni substantia sua parva videatur possidere · possibilia precepit
deus · et ego fateor · sed hec possibilia cuncta singuli habere non possumus · non
imbecillitate nature · ne calumniam facias · sed animi lassitudine que cunctas simul
et semper non potest habere virtutes · ac si et in eo arguas creatorem · quia te talem
condiderit · qui deficias aut lassescas · dicam iterum · maior erit reprehensio si
eum volueris accusare quia te non deum fecerit · sed dicis si non possum ergo
peccatum non habeo · habes peccatum qualiter non fecisti · quod alius potuit facere
rursumque illud cum comparatione deteriores vel cum in alia virtute vel altera
erit collatione peior · atque ita fit · ut quemcumque primum putaveris minor sit eo
qui in alia parte minor est · Critobulus · si non potest homo esse sine peccato
quid est quod iudas scribit apostolus · ei autem qui potens est · vos conservare sine peccato
et constituere contra conspectum glorie sue immaculatos · ex quo testimonio con-
probatur posse hominem sine peccato esse · et maculam non habere · Atticus ·
non intelligis quid proloquaris · neque enim homo potest esse sine peccato · quod natura
habet similem · sed potest si voluerit deus conservare hominem sine peccato et in
maculatum sua misericordia custodire · hoc et ego dico · quod cuncta deo
possibilia sunt · homini autem non quicquid voluerit possibile est · et maxime id
esse quod nulla habet legentis creatura · Critobulus · non dico hominem esse
sine peccato · quod tibi forsitan impossibile videatur · sed posse esse si velit
aliud est enim esse · aliud posse esse · queritur exemplum posse ostendit in plenitudinem
veritatem · Atticus · nugaris nec meministi illius proverbii · actum ne agas · et in-

eodem ceno voluptatis · ymo latere lauas · pro quo nichil aliud audies ·
nisi hoc qd hominibus pt · rem te uelle firmare · que nec est · nec fuit · et forsitan
nec futura est · Atque ut ipso verbo utar et stulticia asusthathe argumentatoris
ostendam esse · posse te dicere · qd esse non possit · hoc enim qd proposuisti · posse hominem
sine peccato esse · si velit · Aut verum est aut falsum est · Si verum est ostende
quis fuerit · Si falsum · quod falsum est · fieri michi pt · Verum hec quasi explosa
tractantur · et mistriniolis verbis tum musitent · Publica faciem formidancia
transeamus ad alia · in quibus perpetua oracio texenda est · Ita dumtaxat ut utrisque
potestatem respondendi et querendi si quid volumus · Crit. Audiam pacienter
non enim dicam libenter · et mirabor ingenium · mirus magis stupeo falsitate
Atti · Utrum falsa sint an vera que dicturus sum · cum audieris tu probabis · Crit ·
Loquere ut vis · michi decretum est si respondere non potuero magis silere quam me
datum adquiescere · Atti · Quid mea est · an te tacente · uel loquente superem · et
iuxta prothei fabulam vigilantem capiam an dormientem · Cum dixeris
que volueris · audias que nequaquam velis · Veritas enim laborare pt · vinci
non pt · Libet sinas tuas paruper discutere · Ut intelligant sectatores tui
quam diuinum mente mitentur ingenium · Dicis sine peccato esse non posse nisi qui
sciam legis habuerit · per qd magnam partem xpianorum excludis a iusticia ·
et qui predicatores impeccantie · omnes peccatores esse pronuncias · Quotus enim
quisque xpianorum habet legis sciam · quam in multis doctoribus ecclesie aut
raro · aut difficulter inuenias · Verum tu facere es liberalitatis · et fauore tibi ap
amazonas tuas concilias · ut in alio loco scripseris · Scienciam legis etiam
feminas habere debere · cum apostolus doceat · tacendum esse mulieribus in ecclesia · et si
quid ignorant · domi viros suos debere consulere · Nec sufficit tibi dedisse agmini
tuo sciam scripturarum · nisi earum voce et canticis delecteris · Iungis enim et ponis
in titulo · c l v · Quod et femine deum psallere debeant · Quis enim ignorat psallen
dum esse feminis in cubiculis suis · et absque virorum frequencia · et congregatione
turbarum · Verum tu donas quodlibet · ut qd verecunde facere debebat et absque
ullo arbitrio magistri auctoritate proclamat · Addis preterea seruum dei nichil
amarum de ore suo · sed semper qd dulce est · debere proferre · et quasi alius
sit seruus dei alius doctor · et sacerdos ecclesie · oblitus prioris sine prioris in alio
titulo · Sacerdotem siue doctorem omnium actuum speculari debere · et fiducialiter
corripere peccatores ne pro hisdem racionem reddat · et eorum sanguis de
suis manibus exquiratur · nec semel dixisse contentus · adiungens replicas et in
tulcas · Sacerdotem siue doctorem nemini adulari debere sed audenter omnes
corripere · ne et se et eos qui eum audiunt perdat · tantam ne esse in uno opere
dissonanciam · ut quid prius dixeris nescias · Si enim seruus dei nichil amarum
de suo debet ore proferre · sed semper qd dulce · et suaue est · Aut sacerdos et
doctor serui dei non erunt · qui fiducialiter debent corripere peccatores et nulli
adulari · sed audacter omnes increpare · Aut si sacerdos et doctor non

xxxv

clv

xiii

xxviii

xxxi

solum servi dei. sed inter servos dei principem tenet locum. Frustra servus dei
blanditias et dulcedines reservasti. cum hoc proprie hereticorum sit. et eorum
qui decipere cupiunt audientes. dicente apostolo. huiusmodi enim christo domino meo
non serviunt. sed suo ventri. et per dulces sermones et benedictiones sedu-
cunt corda innocentium. Semper insidiosa. callida blanda est adulatio. Pul-
chreque adulator apud philosophos diffinitur. blandus inimicus. veritas amara
est. rugose frontis ac tristis. offenditque correptos. Unde et apostolus loquitur.
inimicus vobis factus sum veritatem dicens vobis. et comicus. obsequium
amicos. veritas odium parit. Quapropter pascha cum amaritudinibus come-
dimus. et vas electionis docet pascha celebrandum cum veritate et sinceritate.
Veritas sit in nobis. et sinceritas et amaritudo ilico consequitur. Illud
vero quod in alio ponis loco omnes voluntate propria regi. quis christianorum
possit audire? Si enim non unus. nec pauci. nec multi. sed omnes reguntur
propria voluntate. ubi erit auxilium dei. Et quomodo istud exponens a domino
gressus hominis diriguntur. et non in homine via eius. et nemo potest quicquam
accipere. nisi datum fuerit ei desuper. Et in alio loco. Quid enim habes quod non
accepisti. Si autem accepisti. quid gloriaris quasi non acceperis. Dicente domino
salvatore. Non descendi de celo. ut faciam voluntatem meam. sed voluntatem eius
qui me misit patris. Et in alio loco. Pater et si fieri potest transeat calix
iste a me. Verumtamen non quod ego volo. sed quod tu. Et in oratione dominica. fiat volun-
tas tua. sicut in celo et in terra. Quomodo sine temeritate aufers dei omnibus
presidium. Et quod in alio loco frustra conaris adiungere. Non absque dei gratia
quod sentire velis ex hoc loco intelligitur. dum ytaciam eius non ad singula
refers opera sed ad conditionis ac legis et liberi arbitrii potestatem. Illud

lxii

vero quod insequenti ponis capitulo in die iudicii iniquis et peccatoribus non parcen-
dum. sed eos ignibus exurendos. ferre quis potest in tedicere te misericordiam
dei. et et ante diem iudicii de sua iudicis iudicare. ut si voluerit iniquis
et peccatoribus parcere. te prescribente non possit. Dicis enim scriptum est in centesimo
tercio psalmo. deficiant peccatores a terra. et iniqui ita non sint. Et in ysaya
comburentur iniqui et peccatores simul. et qui relinquunt deum consumabuntur. et non
intelligis comminationem dei interdum sonare clementiam. Non enim dicit eos
eternis ignibus exurendos. sed a terra deficere et iniquos esse cessare. Aliud est
enim a peccato desistere. aliud eos perire in perpetuum et eternis ignibus cremari.
Denique ysaias de quo ponis testimonium comburentur aut iniqui et peccatores
simul et non addidit in eternum. et qui dereliquerunt dominum consumabuntur. proprie
hoc de hereticis loquitur qui rectum fidei tramitem relinquentes consumabuntur
si noluerint reverti ad dominum quem reliquerunt. que sententia et tibi parata est. si
neglexeris ad meliora converti. Deinde tuum est eos temeritatis iniquos
et peccatores impiis iungere. quia nobis sic definitur. Omnis impius iniquus

est et peccator. nec recipit ut possimus dicere omnis peccator et iniquus etiam
impius est. Impietas enim proprie ad eos pertinet qui notitiam dei non habent
vel cognitam transgressione mutarunt. Peccatum autem et iniquitas pluralitate
vitiorum post peccata et iniquitatis vulnera recipit sanitatem. Unde scriptum est
multa flagella peccatorum. A non interitu sempiterno et poenam flagella atque
cruciatus emendatione vertunt. Quem enim diligit dominus corripit. flagellat autem omnem
filium quem recipit. Aliud est magistri et parentis affectu. aliud contra adver-
sarios crudeli animo desaevire. Quam ob causam et in primo psalmo canitur
Idcirco non resurgunt impii in iudicio. Iam enim perditionem perditati sunt.
neque peccatores in consilio iustorum. Aliud est gloria perdere resurgendi
aliud perire perpetuo. Veniet inquit hora in qua omnes qui in sepulchro sunt
audient vocem eius et egredientur qui bona fecerunt in resurrectionem
vitae. qui autem mala egerunt in resurrectionem iudicii. Unde et apostolus eodem
sensu. quia eodem et spiritu loquitur ad Romanos. quicumque enim sine lege peccaverunt
sine lege peribunt. Et quicumque in lege peccaverunt per legem iudicabuntur.
Sine lege impius est qui aeternum peribit. In lege peccator credens in deum. qui
per legem iudicabitur et non peribit. Si peccatores et iniqui aeternis ignibus
exuruntur. Non times sententiam tuam qui iniquum et peccatorem esse te dicas. et ar-
guendi causa non esse te hominem sine peccato si esse posse. Ergo solus ille salvatur
qui numquam fuit. nec est. et futurus est. aut forsitan nunc futurus. et peccatores omnes
quos retro fuisse legimus. tu ipse qui nobis Catoniana nobis inflatis su-
perbia et Milonis humeris intumescis. qua temeritate peccatoris magistri
nomen assumis. aut si iustus esse. et humilitate simulas peccatorem mirabimur
atque gaudebimus habere te solum possidere cum sociis. quod nunc patriarcharum nec
prophetarum nec apostolorum quispiam habuit. Si in autem Origenes omnes rationales
creaturas dicit non esse perdendas. et diabolo tribuit paenitentiam. quid ad nos.
qui et diabolum et satellites eius. omnes quoque impios omnesque praevaricatores
dicimus perire perpetuo. christianos si in peccato praeventi fuerint. salvandos esse
post poenas. Iungis postea duo capitula inter se discrepantia. quae sibi vero — xxi
sunt obiecta non potuimus. sapientiam et intellectum scripturarum. nisi qui didicerit
scire non posse. Et rursum scientiam legis usurpare non debere indoctum. — xx
aut eum magistrum a quo didiceris fateri cogeris ut tibi scientiam legis liceat
usurpare. aut si magister talis est qui ab alio non didicerit et docuerit te.
quod ipse ignorabat. restat ut non recte facias qui indoctus usurpas
scientiam scripturarum et magistri praesumas quam discipulus esse coepisti. Nisi forte humilitate
fictam magistrum tuum iactitas deum. qui docet homines scientiam. ut cum Moyse
in nube et caligine facie ad faciem audias verba dei et inde nobis cor-
nuta fronte procedas. Nec hoc sufficit sed repente mutaris in stoicum
et de Zenonis nobis tonas supercilio. Christianum illud debere esse patien- — xxiiii
tiae. ut si quis sua auferre voluerit gratanter amittat. Nonne nobis satis

est patientiae prode quod habemus nisi violento aut rapto agamus gratias
et cum cunctis benedictoribus prosequamur. Docet euangelium eum qui nobiscum
velit iudicio contendere et plites ac iurgia auferre tunicam. et etiam pallium
esse tradendum. Non precepit ut agamus gratias et leti mala perdamus. hoc di-
cto non quo aliquid sceleris inhabitare sanctam sit. sed quod ubique yperbol-
icis mediocria transeas et magna sectetes. Unde et adiungis

[xl] gloriam vestium et ornamentorum deo esse contrariam. Que sunt rogo
inimicitie contra deum. si ego tunicam habuero mundiorem. Si episcopus. presbyter. dya-
conus et reliquus ordo ecclesiasticus in administratione sacrificiorum candida
veste processerint. Cauete clerici cauete monachi vidue et virgines periclita-
mini si sordidas vos aut pannosas vulgus aspexerit. taceo de hominibus
seculi. bellum indicitur et inimicitie contra deum si pretiosis aut nitentibus vtantur
[cxliiii] vestibus. Audiamus et cetera. inimicos ut proximos diligendos statim
quasi oppressus grauissimo letargo promis ac dicis inimicum numquam esse cre-
[cxlvi] dendum quod sibi esse contrarium etiam me silente perspicuum est. sed dicis utrumque semper
vocibus contineri. Non animaduertens quo sensu in suis locis dicta sunt. preceptum
est michi ut diligam inimicos et orem pro persecutoribus. Numquid iussum
est ut ita diligam quasi proximos et consanguineos et amicos. ut inter
emulum et necessarium nulla distantia sit. Si inimicos diligo quasi
proximos amicis quid amplius exhibeo? Aut si hoc dixeras illud tacere de-
bueras. ne contraria tibi in eodem loco dicere videreris. Inimico numquam
esse credendum. sed quomodo diligatur inimicus et lex docet. iumentum aduersarii
si ceciderit subleuandum. et apostolus. si esurierit inimicus tuus da illi cibum
Si sitierit da illi potum. Hec enim faciens carbones ignis congregabis
super caput eius. non ut maledictum et condempnationem ut plerique esti-
mant. sed in resurrectionem et penitudinem. ut superatus beneficiis excocto
[cxxiiii] frigore caritatis inimicus esse desistat. Addis preterea regnum celorum
etiam in testamento veteri promitti ponisque testimonia de apocriphis. Cum
perspicuum sit regnum celorum primum in euangelio predicari per Iohannem baptistam
et dominum saluatorem et apostolos. lege euangelia. Iohannes baptista clamat in de-
serto Iudee penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Et de salua-
tore scriptum est. Ex eo tempore cepit Ihesus predicare et dicere. penitentiam agite. ap-
propinquauit enim regnum celorum. Et iterum circuibat Ihesus ciuitates et vicos
docens in synagogis ipsorum et predicans euangelium regni. Et apostolis precepit
ite et predicate dicentes. quia appropinquabit regnum celorum. Tu autem
nos manicheos vocas. Cur legi euangelium preferentes. in qua umbram
in hoc veritatem esse dicamus. Et non intelligis stultitiam tuam impudentie
copulatam. Aliud esse damnare legem. quod manicheus fecit aliud
legi preferre euangelium. quod apostolica doctrina est. In illa enim serui. In hoc

prius loquitur dominus. Ubi permittitur hic impletur. Ibi initia. hic perfectio est. In illa
operum fundamenta iaciuntur. hic fidei et gracie culmen imponitur.
Haec posuimus ut egregii preceptoris doctrina monstretur. ¶ Centesimus

C

titulus est. posse hominem sine peccato esse et dei mandata facile custodire
si velit. de quo abunde dictum est. cumque se imitatorem immo expletorem operis
beati martyris Cypriani scribentis ad Quirinum esse fateatur. Non intelligis in eodem
opere dixisse contraria. Ille enim in quinquagesimo quarto titulo tercii libri. posuit
neminem sine sorde et sine peccato esse. statimque iungit testimonia in quibus
scriptum est apud Job. Quis enim mundus a sordibus nec si unius diei sit
vita eius in terra. Et in psalmo quinquagesimo. In iniquitatibus conceptus
sum. et in delictis peperit me mater mea. Et in epistola Iohannis. Si dixe
rimus quia peccatum non habemus. nos ipsos decipimus et veritas in nobis non est.
Tu e contrario asseris posse hominem sine peccato esse. et ut hoc verum dixisse videaris
statim iungis et dei mandata facile custodire si velit. que a raris aut nullis
implentur. Sed si enim facilia sunt. debent a pluribus custodiri. Sin autem conce //
damus. tu rarus quisque ea complere potest manifestum est difficile esse quod rarum est
atque hoc augeas et magnitudinem tue virtutis ostendis. quo scilicet de bono conscientie
thesauro eructuare coneris. ¶ Ponis in titulo c. xxiii. Nec leviter

C.xxiii

quidem esse peccandum. et quid sit hoc leviter ne forte in opere te aliquis dixisse
existimaret adnectis. ¶ Malum nec cogitandum. neque illius sine recordaris.

Cxxxviii

Delicta quis intelligit. ab occultis meis munda me domine. et ab alienis parce
servo tuo. Cum ecclesia etiam ea que per ignoranciam delinquimus et sola cogitatione
peccamus. delicta esse fateatur. In tantum ut hostias pro errore iubeat offerre
et pontifex qui pro cuncto populo deprecatur. ante pro se offerat victimas. Quod certe
numquam pro aliis iuberetur offerre. si iustus ipse non esset. Nec rursum pro se
offerre. si peccato careret ignorantie scilicet. Nunc in latissima scripturarum spa-
tia pergenda sunt. Ut doceam errorem et ignorantiam esse peccatum. obsecro
te. Nonne legisti. Qui viderit mulierem ad concupiscendum. Iam mechatus
est eam in corde suo. Non ergo solus aspectus et incentiva viciorum repu-
tantur in peccatum. Sed ea quibus tribuimus assensum. Aut enim vitare possumus
malam cogitationem et consequenter possumus carere peccato. aut si vitare non possumus
non reputatur in peccatum quod caveri non potest. Callide quidem argumentaris sed
non intelligis argumentationem tuam contra sanctas scripturas facere. Volunt
enim eloquia scripturarum etiam ignorantiam habere peccatum. Unde et Job offert hos
tias pro filiis suis ne forte per ignorantiam in cogitatione peccaverint. et qui
ligna cedit si securi a ferro fugiente de ligno homo fuerit occisus pergere
iubetur ad urbem fugitivorum. et tam diu ibi esse quam diu sacerdos maximus
moriatur. id est redimatur sanguine salvatoris aut in domo baptismatis aut
in penitentia que imitatur baptismatis graciam per ineffabilem clementiam
creatoris qui non vult perire quemquam nec delectatur mortibus peccatorum.

sed ut revertatur et vivat. Chri. Rogo que est ista iustitia ut
imputetur teneor erroris cuius recordatio non habet conscientia. Nescio me
peccasse et eius rei quam nescio penas luo. Ut quid plus faciam
si sponte peccavero. Atti. A me sive et dispositionis dei rei causas requiris
respondebit stulte interrogationi tue liber sapientie. Altiora te ne quesieris
et fortiora te ne scrutatus fueris. Et iterum. Noli esse sapiens multum
et noli argumentari plusquam oportet. Et in eodem. In sipientia et simplicita-
te cordis querite deum. Ac ne forte huic volumini contradicas audi apostolum
evangelium clangente tuba. O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei.
quam inscrutabilia sunt iudicia eius. et investigabiles vie eius. quis
enim cognovit sensum domini. Aut quis consiliarius eius fuit. Iste sunt questiones
de quibus et in alio loco scribit. stultas autem et ineruditas questiones devita
sciens quoniam lites generant. Et ecclesiastes de quo certe libro nulla est am-
biguitas/ dixi inquit sapiens efficiar. et ipsa longe facta est a me profunda
profunditas. quis inveniet eam et a me queris. quare figulus aliud vas faciat
in honorem. aliud in contumeliam. et non acquiescis paulo pro domino respon-
denti. O homo tu qui es qui respondeas deo. Audi ergo breviter testimonia
scripturarum et stulta ymmo impia suscitatio impetuum conticescat. Loquitur
deus in genesi. Non adiciam ultra maledicere terre propter opera hominum quia apposita
est mens hominis diligenter ad mala a pueritia. Abraham et Sara au-
dita repromissione filii ysaac. ridet in corde suo. et tacita cogitatio
non latet scientiam dei arguitur in risu. et ipsa cogitatio que pro infidelitate
reprehenditur. At tamen non ex eo quod risere diffidentie condempnantur. sed ex eo
quod postea crediderunt. iusticie palmam accipiunt. Loth nescit in concubitu
filiarum quid fecerit et inebriatus ab eis non habet crimen consensus. et tamen
error in vicio est. Neque sanctum virum iacob quod rachel formosam
dilexerit pro qua et servivit multo tempore. et in lye primo concubitu fuit
contristatus et adquiesce tandem humane fragilitati. que et pulchra corpora
diligit. et informia detestatur. Luget iacob mortem morte filii ioseph
et multo tempore consolationem recipit filiorum. Respondit quoque lugens et gemens
vadam ad infernum et probat se hominem dum iustus ignorat quod actum sit de iusto
filio ioseph. In exodo scriptum est. Si percusserit aliquis quempiam et mortuus
fuit morte moriatur. Qui autem non volens, sed deus tradidit eum in
manibus eius. Dabo tibi locum ad quem confugiat qui occiderit. In quo notandum
quod deus tradiderit hominem in manus eius. Et ille, qui occidit, pignora-
tiam exilio condempnetur. In levitico lex ponitur. Anima si peccaverit in conspectu
domini non sponte ex omnibus preceptis domini que non oportet fieri feceritque
unum ex eis. Sive pontifex fuit sive omnis synagoga et reliquus
populus et peccata dedicerit peccatum suum quod peccavit pignoratiam offert munus

Hircu in capris · masculu in maculatu · et ponet manus suas sup
caput eius · cu(m)q(ue) i(m)molaverit eu in loco ubi mactant(ur) holocausta cora(m) d(omi)no
q(ui)a p(ro) p(e)c(ca)to est · Statim q(ue) i(n) sequentib(us) · Si tetigerit aliq(ui)d in mundu q(uo)d
no(n) licet tangere · et fecerit pignoratiu et p(ost)ea didicerit · sive p(ro)miserit
aliq(ui)d · et fuit oblit(us) · p(ro)nunciavit p(e)cc(atu)m suu(m) n(un)q(ua)m peccasse se, (con)fitetur et offe(re)t
d(omi)no · de gregib(us) q(uo)d peccavit agna · sive capra p(ro) p(e)c(ca)to · et p(ro)ba(bi)t(ur) p(ro) eo sacerdos
sup(er) p(e)c(ca)to · et dimittet(ur) ei p(e)cc(atu)m · Si(n) aut(em) no(n) p(re)valuerit man(us) ei(us) ut offe(ra)t
ovem p(ro) p(e)c(ca)to suo q(uo)d peccavit · duos turtures · aut duos pullos columbar(um)
offeret d(omi)no · unu(m) p(ro) p(e)c(ca)to · et unu(m) in holocausto · et portabit ea ad sacerdote(m)
et offeret sacerdos id q(uo)d p(ro) p(e)c(ca)to est p(ri)mu(m) · et in ip(s)o (re)conciliabit(ur) p(ro) p(e)c(ca)to
q(uo)d peccavit · et dimittet(ur) ei · cet(er)aq(ue) h(uius)m(od)i q(uae) studio brevitatis omitto · ne
fastidiu(m) stomacho tuo facia(m) · In sequentib(us) q(uo)q(ue) narrat moyses q(uo)d i(n) (con)s(ecrati)o(n)e
aaron et filioru(m) eius obtulerit vitulu(m) p(ro) p(e)c(ca)to et posuerit aaron et filii
eius manus sup(er) eu(m) sup(er) caput videlicet vituli q(ui) erat p(ro) p(e)c(ca)to · et macta
verit eu(m) et tulerit de sanguine eius · et posuerit sup(er) cornua altaris in circuitu
digito suo · q(uo) altare mundavit · Post(ea) fecerit mola(m) et de sanguine ei(us) teti
gerit auricula(m) eius dextera(m) · et manu(m) dextera(m) et summitate(m) pedis dextri
et p(ost) multa alia q(uae) narrare longissimu(m) est · evolutis dieb(us) septe(m) ut legi(tur)
factu(m) q(ue) est in die octavo et vocavit moyses aaron et filios eius et
omnes seniores isr(ae)l · et dixit aaron · tolle vitulu(m) de bub(us) p(ro) p(e)c(ca)to · et ariete(m)
i(n) holocaustu(m) i(m)maculatu(m) et offeres eos in (con)spectu d(omi)ni · et senioribus isr(ae)l
loque(re) dicens · Tollite hircu(m) de capris unu(m) p(ro) p(e)c(ca)to · et vitulu(m) i(m)maculatu(m)
anniculu(m) in holocaustu(m) · Dixitq(ue) moyses et aaron accede ad altare · et fac
p(ro) p(e)c(ca)to tuo reliqua · Rursusq(ue) elevavit aaron manus suas sup(er) populu(m) · et
b(e)n(e)dixit eis · descenditq(ue) cu(m) fecisset p(ro) p(e)c(ca)to et holocausto et salutar(ibus) · Mulier
generat liberos lege nat(ur)e · et immunda est · Si masculu(m) pepe(re)rit · dieb(us)
quadraginta · Si femina(m) dieb(us) octaginta · Causa(m) creatore(m) cur(avit) d(e) mun(d)o
qui q(uo)d noverat · q(uo)d ip(s)e condidit et no(n) solu(m) ip(s)a i(m)munda est · s(ed) et om(n)e q(uo)d teti/
gerit · Usq(ue) dies inquit purgationis ei(us) (com)pleti fuerint sup(er) filio aut fi/
lia offeret agnu(m) anniculu(m) i(m)maculatu(m) et pullu(m) columbaru(m) et turture(m)
p(ro) p(e)c(ca)to ad hostiu(m) tab(er)naculi testamenti sacerdoti qui offeret in (con)spectu d(omi)ni
et expiavit p(e)cc(at)a sacerdos · Solo(m)o(n)e q(uo)q(ue) q(uo)d i(n) die purgatio(n)is ei(us) offerat(ur)
p(ro) ea victima p(ro) p(e)c(ca)to duo q(ue) turtures · et duo pulli columbaru(m) · Unu(m)
p(ro) p(e)c(ca)to et alius in holocaustu(m) · et qui fluxu(m) seminis patit(ur) eod(em) sacrificii
ordine p(ro) p(e)c(ca)to et holocausto liberat(ur) · Et ad extremu(m) infert(ur) · In moratos
facite filios isr(ae)l ab im(m)undiciis suis et no(n) morie(n)t(ur) p(ro) p(e)c(ca)to · Si contaminia/
verint tabernaculu(m) testamenti · Post q(uo)q(ue) aaron p(re)cipit(ur) ut no(n) o(mn)i tempe(re)
ingrediat(ur) in sancta sanctoru(m) ne forte moriat(ur) · Usq(ue) aut(em) si voluerit
intrare offerat vitulu(m) p(ro) p(e)c(ca)to · et ariete(m) in holocaustu(m) · Alter hirco/
ru(m) cuncta p(e)cc(at)a suscepit p(o)p(u)li · i(n) typu(m) d(omi)ni salvatoris · et offert(ur) i(n) solitudine(m)

et sit placatus deus omni multitudini. Ad extremum dicitur: Si quis comederit
homo de sanctificatis per ignorantiam imputatur ei iniquitas atque delic-
tum et voti reus erit. Unde et apostolus monet eucharistiam domini cum
tremore sumendam ne in condempnacionem nobis sumamus atque iudicium.
Si damnatur in lege ignorantia, quanto magis in evangelio conscientia. Tran-
seamus ad numeros et ob contentiosorum impudentiam refutandam summa quaeque
carpamus. Nazareus sancto crine venerabilis, alterius subita morte ma-
culatur et omnes dies consecrationis eius preteriti irriti sunt fiunt. pro quo
offeruntur pro eo duo turtures et duo pulli columbarum, unus pro peccato
et alter in holocausto et agnus pro peccato. Et post multa scriptum est: Et
nunc magnificetur fortitudo domini sicut locutus est dicens: Dominus longanimis
et multe misericordie, auferens iniquitates et scelera et mundans non
faciet innocentem. Pro quo septuaginta interpretati sunt: et emundans
non mundavit reum, quo scilicet etiam post indulgentiam reus sit proprie conscientie.
Ubique ait: ignoravit populus et fecerit unum ex his que facere non debuit.
Post longum cerimoniarum ordinem infertur et dicitur: offerte hircum caprarum
pro peccato et placavit sacerdos pro omni synagoga filiorum Israel et propiciabitur
ei dominus, quia ignorantia est et ipsi offerent oblationem suam in sacrificium
domino pro peccato suo in conspectu eius quam nescierunt. Ibique additur: Si anima una
peccaverit per ignorantiam offeret capram anniculam pro peccato et deprecabitur
pro eo sacerdos, eo quod ignoravit pro peccato ignorantie coram domino et roga-
bit pro eo sacerdos et propiciabitur ei. In kalendis singulorum mensium of-
fertur hircus caprarum pro peccato domino. In pascha quoque per dies octo a die
quinta decima mensis primi usque ad diem vicesimum primum sacrificium
pro peccato est. In penthecosten pro peccato hircus offertur. Et in kalendis mensis
septimi, qui tubarum clangore continetur, eadem hirci pro peccato religio conservatur.
Die quoque decimo eiusdem mensis septimi, quod ieiunium est usque ad vesperam,
offertur hircus caprarum pro peccato preter cum hircum qui ante holocaustum pro peccato
ex lege mactatur. In diebus quoque scenophegie quando figebantur tabernacula a die
quinto decimo eiusdem mensis septimi usque ad diem vicesimum secundum, inter
alias victimas semper pro peccato hircus offertur. Ut illud impleatur beati David:
Tibi soli peccavi et nec malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus
tuis et vincas cum iudicaris. Sex civitates eliguntur exilii eorum qui non
sponte sed per ignorantiam vel iactu lapidis vel impulsione manus
vel loco atque lascivia absque inimiciciis per infelicitatem magisquam voluntate
peccaverunt et tamen non absque crimine sunt dum relegantur in perpetuum. et ante
constitutum diem nec supplicatione nec precio eorum reversio impetrari et redi-
mi potest. In deuteronomio qui liber preteritorum emulatio est propiciatione de-
monstratur non operibus nostris atque iusticia sed dei nobis misericordia conservari

dicente domino per moysen · Ne dicas in corde tuo · cum subuerterit eos dominus
deus tuus a facie tua in iusticia mea introduxit me dominus ut possideam
terram hanc · quia impietate gencium istarum dominus consumet eos a facie tua
non in iusticia tua et directione cordis tui intrabis · Ut possideas terram eorum
sed impietate eorum dominus deus tuus consumet eos a facie tua ut suscitet
verbum quod loquutus est patribus tuis abraham et ysaac et iacob · et scias
quod non iusticia tua dominus deus tuus dabit tibi terram optimam ut possideas
eam · quia populus dure ceruicis es tu · In eo autem quod dixit · perfectus eris cum
domino deo tuo · quo sensu dixerit ex consequentibus comprobat · Cum ingressus
fueris in terram quam dominus deus tuus dabit tibi · non debes diuinos et
ariolos consulere nec disces facere abhominaciones gentium illarum · nec inueniatur
in te qui transduxit filium et filiam suam per ignem diuinacionibus et omnibus au/
gurijs et maleficis artibus et incantacionibus non seruiet ut interroges ma/
gos et ariolos et mortuos · Abhominatio enim domino est omnis qui facit
hec · Et propter has abhominaciones dominus deus consumet eas a facie tua perfectus
eris cum domino deo tuo · Denique infert quia gentes iste quas tu possidebis
ariolos et diuinos audiunt · Tibi autem non sic dedit dominus deus · statimque
subiungit prophetam enim extra de fratribus tuis sicut me suscitabit dominus deus tuus
ipsum audies · Ex quo ostendit perfectum hic dici non qui cunctas virtutes
habeat · sed qui prophetam et enim sequitur deum · Narrat quod sic de condicione
exulum · qui per ignoranciam peccauerunt quo et quamdiu confugere debeant
Ita subiungit · Cum edificaueris domum nouam · facies murum tecto tuo
in circuitu ne sanguis reus sis cum aliquis reciderit ex ea · Et iterum ·
Si fuerit in te vir qui non sit mundus nocturno fluxu egredietur extra
castra · et non ingredietur medium castrorum · Quousque aduenerit vespera lauabitur
aqua · Et post solis occubitum ingredietur in medium castrorum · Tercium
filio naue duo tamen posita testimonia peccauit achar et totus populus
offendit · Dixitque dominus ad iosue Non poterit filij israel stare in conspectu in/
imicorum suorum sed dorsa vertent aduersarijs suis · quia factum est anathema
in eis et non addam ut sim vobiscum · si contritum fuerit anathema de
medio vestrum · Quousque sacrilegium queritur et sortis latente inuenisset reus me/
ruit tu achar filij eius et filie · boues · asini · pecora · tabernaculum et quecunque
habere potuit igne delata sunt · Esto quod ipse peccauit quid commisere filij
quid boues · quid asini · quid pecora · sed deo talium quam vnus peccauit
et pro populo israel trucidatus sit · cur et ipse lapidatur et omnia que habere potuit et
vltrix flamma consumpserit · Quintum et aliud non inuenit erat ciuitas quam
non tradidit dominus filijs israel absque · Eueo qui habitabat in gabaon omnes
pugnando cepimus · quia domini sententia erat ut indurarent cor eorum · et pug/
narent contra israhel · Ut interficerentur et non fieret in eis misericordia
et perirent sicut precepit dominus moysi · Si domini factum est voluntate ut pater

non rapient nec suscipient ipsum. Dicamus iuxta apostolum: quid ergo? quaeritur voluntati
eius quis resistet. De Samuel et Malachim. Ionathan favum
mellis gustavit in sceptro et illuminati sunt oculi eius. Veluti quod nesciens fecerit
Hoc etenim scriptura testatur quod ignoraverit a patre esse praeceptum ne quisquam
gustaret donec victoria domini compleretur. In tantum autem iratus est dominus ut
sortibus innotesceret occultum. Et ipse fateretur dicens: gustavi in summitate sceptri
quod est in manu mea paululum mellis. Et ecce ego morior. Et postea
intercessione et precibus populi liberatus est dicentibus ad Saul: Numquid Ionathan
morietur qui fecit salutem hanc magnam in Israel? absit. Vivit dominus si
ceciderit de capillis capitis eius in terram quia cum deo fecit die hac
et liberavit populus Ionathan et non est mortuus. Samuel tristatur Saul
et non vult ire cum rege, postea precibus vincitur. Ut ostendat humani animi in-
diversum mutationem. Pergit Bethleem singulos filiorum Iesse putat ipsos
esse quos dominus requirebat. Cumque vidisset Heliab ait: Ecce in conspectu domini
christus eius. Et ait dominus ad eum: Ne respicias ad vultum eius et ad staturam
corporis illius quoniam abieci eum. Aliter enim videt homo. Homo enim videt in fa-
ciem, deus in corde. Aliis in hunc modum ponentes extant posteriores corrigitur
ut pateat humanae mentis infirmitas. Memphiboseth. Filius Saul inter-
ficitur dolo a Rechab et Banaa filiis Remmon Berothitae. Cumque nun-
tiassent David et caput ad ostensum demonstrarent omnis sui a David dicti
viri impii occiderunt virum iustum in domo sua et in lectulo suo. Certe
Memphiboseth iustus non erat. Et tamen in eo iustus appellatur quod absque noxa
interfectus est. Oza levites cum archa domini transferretur in Ierusalem et lascivirent
boves plaustrum in parte altera declinasset, misit manum ut sustentaret de-
clinatam. Nimirum statim ut fecit, iratus est furor domini in Ozam et percussit
eum ibi dominus pro ignorantia et mortuus est iuxta archam dei. Contristatusque est
David quod percussisset dominus Ozam, timuit dominum in illo die et ait: quomodo ingre-
dietur ad me archa domini. David iustus et propheta et unctus in regem quem
elegit dominus secundum cor suum ut faceret cunctas voluntates eius videt ignoran-
tiam domini furore punitam, terretur atque contristatur, nec quaerit causam a domino
quare percusserit ignorantem sed silentium servans pertremescit. Praecepit David principi
exercitus Ioab ut numeret populum. Statim ut scriptura commemorat et percussit eum cor
suum et dixit ad dominum: peccavi vehementer quia hoc feci. Cum iubet
ut fieret, utique quod diceret ignorabat. Et tamen se ipse reprehendit et probat culpa sep-
tuaginta milia hominum angelo gladio trucidantur. Salomon completis
templi ceremoniis utrasque palmas tendit ad dominum et ait: Cum peccaverit
tibi populus, non est enim homo qui non peccet. Achia propheta Silonites nesciebat
ad se venire uxorem Hieroboam dixitque ei dominus: Ecce uxor Hieroboam
ingreditur ut consulat verba a te pro filio suo qui aegrotat. Haec et haec
loqueris ad eam. Heliseus sedebat in monte, venit ad eum mulier

cuius filius mortuus erat. et amplexa pedes eius vociferatur. Expellente
autem eam giezi. dixit ad eum vir dei. dimitte eam quia anima eius in amaritudine
est. et dominus celavit me. et non enunciavit michi. In libro dierum legimus
fuerunt filii sobal patris cariathiarim qui prophetabat ex dimidio. Et item filii
autem salma bethleem et netophati. Et corona domus ioab et qui prophetabat
ex dimidio sarai. Et certe (?) Sile utique sciti erat. qui prophetabat. Et tamen prophetiam accipere
non meruerunt prophetiam. Nequaquam defuturam secundum tropologiam. quamvis impunitam (?)
iuxta historiam prophetantes. Abacuk propheta canticum suum hoc inscribit titulo
Oratio abacuk prophete. pro ignorationibus. Loquutus enim fuerat audacter ad
dominum. Et dixerat Usquequo domine clamabo. et non exaudies. Vociferabo
ad te vim patiens. et non salvabis. Quare ostendisti michi iniquitatem. et laborem
videre. predam et iniusticiam contra me. factum est iudicium. et contradictio potentior. Propter
hoc lacerata est lex et non pervenit usque ad finem iudicium. quia impius prevalet ad-
versus iustum. propterea egreditur iudicium perversum. Pro quo se ipse reprehendens quod pro ig-
norantia sit loquutus. scribit canticum penitentie. Si peccatum non erat ignorantia
superfluo scribit librum penitudinis et voluit eum legere quod peccatum non habet. In ez-
echielis extrema parte. ubi post edificium templi in monte sancti ecclesie multa sancta
post futura sacramenta narrantur. primo die et septimo mensis primi offertur vic-
time pro peccato omnium. in quo per errorem aut ignorantiam peccaverunt. Septem
quoque diebus pasche hircus pro peccato mactatur. Septimi mensis quintadecima die
ydem prefectis sacrificiorum ordo celebratur. Et post alia plurima. que non est huius temporis
universa replicare. scriptum est. erat autem ibi locus ad occidentem. dixitque ad me. Iste
est locus ubi coquere debent sacerdotes hostiam pro peccato. et pro ignorantia. Hieremias
loquitur ad deum. Scio domine quia non est hominis via eius. nec viri est ut ambulet.
et dirigat gressus suos. Idemque pravum est enim cor omnium et inscrutabile quis
cognoscet illud. In proverbiis legimus. Est via que videtur recta apud homines. et novis-
sima eius veniunt in profundum inferni. Ecce et hic manifeste ignorantia
condempnatur. dum aliud putat homo et sub specie veritatis ad inferna delabitur.
Multe inquit cogitationes in corde hominis sed tamen non illius voluntas. que incerta
et fluctuans atque mutabilis est. sed dei consilium obtinet. Quis inquit gloriabitur castum
se habere cor. et quis confidet mundum esse a peccato. Dubius est homines enim
medacis (?) et peccata iudicabitur ob eius calculo. a domino gressus hominis dirigitur
mortalis autem quomodo scire poterit vias suas. Omnis vir videtur sibi iustus. sed
corrigit corda omnium dominus. Filius malus iustus se facit. et non lavat exitum
suum. Filius malus excelsos oculos habet et palpebras suas elevat. Est enim iustus
qui perit in iusticia sua. Unde dicitur ad eum. Ne sis iustus multum. nec queras
plus sapiam quaeras superflua. ne forte obstupescas. quicumque enim laboraverit
homo ut querat. non inveniet. Sed dixerit se sapiens intelligere. reperire
non poterit. cor enim filiorum hominum repletum est malicia etc.

Explicit prima pars. Incipit secunda eiusdem libri

Critobulus. Multa quidem de scripturis sanctis memoriter copiose quod dixisti
et quasi quibusdam nubibus clarum visus es velatis lumen aperire. Sed
quid ad rem? Huius enim cunctis testimoniis videris hominum accusare naturam
ac peccatum in iudicium conferre addens: si tales homines condidit ut oblivio-
ne et ignorantia peccata carere non possint. Ex quo preceptum est homines
posse si voluerit non peccare. Sed enim scit quod vitare non potuit. Ubi autem
aufertur possibilitas aufertur et vicium. Nemo in eo condempnatur quod facere
non potuit. Atticus. Sepe dixi te non intelligere conatus meos nec con-
siderare quid tu argumentaris. Sed quid deus iusserit pro oblivione, errore,
ignorantia quasi pro peccato offerentur sacrificia. Sive hoc male iuxta te sive
bene iuxta me precepit deus meum est observare quod iussit, tuum dei iussa re-
prehendere. Critobulus. Cum unum scias prospicere veritati et trahis me
ad blasphemiam concedam tibi hoc in veteri lege preceptum, de qua scriptum
est: Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova. Nunc de evangelio potius
hoc approbare ut puniatur quispiam pro eo quod nesciat et cum penas luat
quam reus sit conscius. Atticus. Cum ignorans Manicheus nobis repente
consurget qui legem dicat abolitam et solos novi testamenti legendos
libros. Critobulus. Numquid enim a me audisti ut hoc dicerem? Lex enim data
per Moysen iusta sancta quod est et veniente evangelio preceptis vilioribus cessavit.
Atticus. Ergo nequaquam observandum est quod lege precipitur. Critobulus. Quedam
observanda, quedam pretereunda sunt. Atticus. Cum te video esse doctis-
simum dic michi que de veteri testamento observare debeam, que contempnere.
Critobulus. Mandata observare debemus que ad vitam et mores pertinent corrigen-
dos, de quibus scriptum est: Mandatum domini lucidum illuminans oculos. Que autem
ad legis ceremonias et ritum sacrificiorum pertinent contempnenda sunt. Atticus.
Ignosce michi cum legis et omnium scripturarum scientiam iactites non audis
quid velim dicere. Critobulus. Hoc intelligo quod loqueris sed non quod taces.
Atticus. Tacere tibi videor qui tantis exemplis docere te volui peccare
hominem per ignorantiam et pro peccato ut in lege hostias ita in evangelio offe-
rendam penitudinem. Critobulus. Da testimonium novi instrumenti ubi error
et ignorantia et impossibilitas mandati teneatur in crimine. Atticus. Non necesse
est multa proferre. Unum proferam cui contradicere non potes. Vas electionis
perspicue loquitur: Consentio enim legi dei iuxta interiorem hominem. Video
autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee et cap-
tivantem me in lege peccati que est in membris meis. Miser ego homo, quis me
liberabit de corpore mortis huius? Gratia per Christum Iesum dominum nostrum. Critobulus.
Protulisti testimonium quod pro me facit. Liberati ergo de corpore mortis per gratiam
domini nostri Ihesu Christi nequaquam ultra peccare debemus. Atticus. Liberati
quidem sumus baptismo salvatoris. Sed id michi edissere quod dixerit: Vi-
deo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee

et captiuatem me in lege pcti que est in menbris meis. Que ista lex est regnãs in menbris hoĩs et repugnãs legi mentis eius. Responde sim/pliciter. A. Atteus. Audi eũdẽ aplm aptissime pdicante. Quod enĩ opor non cognosco. nõ/ enĩ qd volo hoc opor. sed qd odi illud facio. Si in aũt qd nolo hoc facio. consentio legi qm bona est. Nũc aũt nequaq̃ ego opor illud. sed qd in me habitat pctm. Scio enĩ qd nõ habitet ĩ me hoc e in carne mea bonũ. velle enĩ adiacet m̃ opari aũt bonũ nõ inuenio. Non enĩ/ qd volo/ bonũ hoc facio. sed qd nolo. hoc ago. Si in aũt qd nolo ego hoc facio. Nequaq̃ ego opor illud sed qd habitat in me peccatũ.

Crĩ. Miror te hominẽ prudentẽ sic intelligẽ aplm ut ex psona eius sua et nõ ex aliarum hoc dicẽ sentias. Qui enĩ ostenta inst loquentis xpo libere pclamabat. An experimentũ qritis eius qui in me loquit xpc. Et in alio loco. Cursum osumaui. fidem seruaui. De cetero reposita est michi corona iusticie. Iste hoc dest dicẽ poterat. opari bonũ nõ inuenio et nõ qd volo bonũ hoc facio. sed quod nolo malũ hoc ago. Quid illud erat boni qd volebat facere et nõ poterat et qd illud erat mali quod nolebat et tñ vitare nõ poterat. ergo nõ ex sua psona hec dicit ꝓ ex psona generis humani. q̃ vicijs subiacet ob carnis fragilitatẽ. Atti. Parũ michi tollis. ut totũ tribuas. ego enĩ vnũ hominẽ licet aplm intelligebã subiacẽ pcto. nõ tu totũ humanũ genus asseris. qd si verũ est inigne tenemꝰ et pcm. Nam et aplus hõ est et si homo. vel de alijs. ut dẽ se et homo loquit. Miser ego homo. quis me liberabit de corpe mortis huius. et qm non habitat in me. hoc est in carne mea bonũ. Corruptibile enĩ corpꝰ agra/uat aĩam et deprimit terrena habitacio sensũ multa cogitantẽ. Crĩ. Sic loqueris quasi ego hoc ex psona generis hũani accipiam et nõ ex psona pctoris. Atti. Et quis tibi hoc concedit vt ex psona pctoris. hec loquat aplus. Si enĩ ex psona pctoris hoc accipis. debuit dicẽ miser ego pctor. et nõ miser ego homo. homo qppe nat est. pctor vo/luntatis. Nisi forte et illud qd scptũ est. vanitas vanitatum et oĩa vanitas. ad pctores refert et nõ ad omnes hoĩes. Et illud. verũtamen in ymagine pambulat homo. Et deinde homo vanitati assilatꝰ est. dies eius velud vmbra ptransiut. Si hoc pauli testimonio nõ moueris audi eius tm hõdicẽ nõ potes. Nichil michi conscius sũ et cetera recolenda dicit testimonia. nunc nec meipm iudico. nichil enĩ m̃ conscius sum. nec tñ in hoc iustificatus sum. Qui hoc dicebat nul/lius vtiq̃ pcti ꝓ conscius erat. sed quia legerat delicta quis intelligit et sũt vie q̃ vm viro iuste. nouissima aũt earũ respiciunt inprofundũ inferni. Et iterũ omnis vir vĩ ꝓ iustus. deus aũt corda hoĩm dirigit. Recto sermone trahabat. ne forte pignoranciã deliquisset. maxime cum scptura testet. Est iustus q̃ perit in iusticia sua. Et alibi iuste/ qd iustũ

est/ sectabens. Ne oppido veritatis a iusticia declinemus rodatis saulis
et agag. Cri. Ne contendere videar et in diversum absque mensura funem
trahere. saltem hoc mihi concedes iustos in scriptis plurimos appellari. Atti.
Non solum plurimos. sed et innumerabiles. Cri. Si innumerabiles iusti sunt
et hoc negari non potest. quid mali locutus sum. posse hominem sine
peccato esse. si velit. hoc est aliis verbis dicere. posse iustum sine peccato esse.
in eo quod iustus est. Atti. Iustum esse concedo. sine omni autem omnino
peccato non assentior. Etenim absque quod grece dicitur anamarthethon. soli
deo competit. omnis quippe creatura peccato subiacet et indiget misericor/
dia dei. scriptura dicente. misericordia domini plena est terra. et ne quibus maiori/
bus quasdam in sanctis viris videar perstrictum. in quibus errore sint
lapsi. pauca perstringam que non ad singulos sed ad omnes in genere pertineat.
Tricesimo primo psalmo scriptum est. Dixi pronunciabo adversum me ini/
quitatem meam domino. Et tu dimisisti iniquitatem cordis mei. Statimque sequitur
pro hac hoc est impietate sive iniquitate utrumque enim intelligi potest
orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. Si sanctus est quomodo orat pro
iniquitate. si iniquitatem habet quomodo sanctus appellatur. Iuxta illum
videlicet modum qui et in alio loco scribitur. septies cadet iustus et resurget
Et iustus accusator sui est in principio sermonis. Et alibi. Alienati sunt
peccatores a vulva. erraverunt ab utero locuti sunt falsa. vel statim ut nati
sunt subiacent peccato. in similitudine prevaricationis adam. quod est forma futuri.
Vel certe statim ut deutero vescali natus est christus de quo scriptum est. Omnis
qui aperit vulvam sanctus vocabitur domino. Omnes heretici erraverunt non intelli/
gentes misterium nativitatis eius. magis quam ad specialem nativitatem sal/
vatoris quam ad omnium hominum referri potest. hoc quod dicitur. qui aperit vulvam sanctus
vocabitur domino. Solus enim christus clausas portas vulve virginalis aperuit
que tamen clause iugiter permanserunt. Hec est porta orientalis clausa
per quam solus pontifex ingreditur et egreditur. Et nihilominus semper clausa
est. Illud quoque quod in volumine iob scriptum est. Nunquid mundus erit homo
coram deo. aut in operibus suis irreprehensibilis erit. si ad versus famulos
suos non credit. et contra angelos pravum quid repperit. quanto magis in his qui
inhabitant domos lutheas. ex quibus et nos de eodem luto sumus. Et si ad/
versarius hoc dici ex persona eliphaz themanites intellige non ab eo
dici sed ab illo qui sub persona angeli in visione et in revelatione loquitur et suadet
dei. Sed esto ut loquatur eliphaz quid post hec angelo loquitur. Nunquid
non hoc ex persona ipse iob dicit. temptatio est vita hominis super terram. Et si ego
peccavi quid possum facere. et quare oblitus es nequiciis fecisti iniquitatis
mee oblivionem et emundationem peccati mei. quid enim potest iustus esse ho/
mo apud deum. Et iterum Et si fuero iustus non audiet me. sed iudicio eius indigebit
Et rursum. quia sum impius. cur frustra laboro si lotus fuero nive

et mundus mundis manibus, satis me sorde tinxisti. Si peccavero custodies
me, ab iniquitate autem me non facies innocentem. Et si impius fuero
ve michi. Et si fuero iustus non potero respirare. Plenus enim sum ignomi-
nie. Et iterum: Quis erit mundus a sorde? Nec unus quidem, etiam si unius
diei fuerit vita eius super terram, et innumerabiles menses illius. Quod si dixeris
pronomine quis non pro impossibili sed interdum pro difficili accipi. Respondebo
tibi: Et ubi est illud quod temere protulisti, facilia esse dei mandata, et ideo facile
posse compleri, dicente scriptura: Vir in doloribus laborat sibi et vim facit per-
ditioni sue, ut oppressa et subiugata et mortificata carne vivat in eo spiritus.
Ridiculum quod illam expositionem demonstremus. Verum non dixisset Iob: Quis
erit mundus a peccato, sed quis mundus a sorde. Stercore quod probare conatur
sordes pannorum significari infantia non vicia peccatorum. Aut certe si non sit
intelligit, dicite vos quid sentiat, tam enim involutus dictor est et nimio torpore
squalore coopertus ut suspitionem magis quam intelligentiam lectori prebeat.
Ad extremum infert: Ego autem adhuc quid respondebo? Manum ponam
super os meum. Semel locutus sum, in sequentibus non addam. Ecce Iob noster in-
maculatus et iustus et sine querela et abstinens se ab omni se ab omni
peccato malo, qui sine iniusticia coronatur, ut misericordia dei indigeat. Hoc enim
quod in pluribus legimus. Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis confidet
mundum se esse a peccatis? Fac quod et hic non pro impossibili sed pro difficili
dixerit. Tolle ergo summam et rade de libro tuo facilia dei esse mandata.
Quid si illud apostoli Iohannis opposueris: mandata non sunt gravia. Et de evan-
gelio: Iugum enim meum suave est et onus leve. Facile respondetur. Leviora
enim evangelii dixisse mandata ad comparationem supersticionis iudaice in qua
precepta ceremoniarum gravia erant, quorum levitatem et apostoli petri summam
nullus potuit explere. Unde et in actibus apostolorum scribitur: Nunc ergo quid
temptatis deum imponere iugum super cervicem discipulorum, quod neque patres
nostri neque nos portare potuimus, sed per gratiam domini Iesu credimus salva-
ri quemadmodum et illi. Iacobus scribit apostolus: Si iudicas legem non es factor legis
sed iudex. Ille iudicat legem qui dicit aliquid non iuste esse preceptum, et igno-
rantiam non habere peccatum, et frustra offerri victimas pro errore, quod peccatum
non habeat conscientiam. Neque enim in lege ratio queritur sed auctoritas. Idem
in eadem scribit epistola: Ira perdit etiam prudentes. Significantur quod non iram
dei sed iram viri posuit. Ira dei enim iusta est. Ira autem viri deptur-
bata mente procedit. Unde et in psalmo dicitur: Irascimini et nolite peccare, quod
versiculus quem sensum habeat apostolus docet: Sol non occidat super iracundiam
vestram, ut peccatum breve sit vel leviter irasci. Iusticia autem iram celeri peni-
tudine mitigare. Unde et pro otioso verbo reddituri sumus rationem
in die iudicii. Et in eodem evangelio legimus: Qui irascitur fratri suo sine
causa reus erit iudicio, licet in plerisque antiquis codicibus sine causa ad

dictum sit. Ut scilicet nec cum causa quidem debeamus irasci. Quis hominum potest
dicere quod ira que absque iusticia est in sempiternum careat. Et iterum ne glorieris
in crastinum. nescis enim quid adveniens pariat dies. Unde scriptum est. Ne
beatum dicas quempiam ante mortem. quamdiu enim vivimus dimicamus, simus et
quamdiu dimicamus nulla est certa victoria. quod etiam apostolo fortissime preliati
in futuro seculo reservatur. Quibus atque salvator sub persona assumpti hominis loquitur.
Insipientissimus omnium hominum sum. et non est prudencia hominis in me. et in
sexagesimo octavo psalmo. Deus tu scis insipienciam meam. Sed fatuum
dei sapiencius est hominibus. Incarnatione quoque scriptum est. In multitudine sapiencie
multitudo sciencie. et qui addit scientiam. addit dolorem. Intelligens quod perfectio omnium
careat. et ex eo quod novit quanta non novit et odio magis habuit vitam quia
malum est super opus quod operatur sub sole. Omnia enim vanitas et presumpcio spiritus.
Nemo scit quod futurum sit. quia statim est qui annunciabit ei. Sunt iusti ad quos pervenit
quasi opus impiorum. Et sunt impii ad quos pervenit quasi opus iustorum.
Hoc ideo dicitur quia certum iudicium solius dei est. Nam quos putamus iustos sepe pec/
catores invenimus et quos econtrario peccatores apud deum scimus iusti sunt. Qua/
tuorque laboravit homo ut inquirat. non reperiet. et si dixerit sapiens nosse
se invenire non poterit. Omnium enim unus occursus est. verum et cor filiorum ho/
minum repleta sunt malicia et incerto statu/ quod greci dicunt/ periteria.
Musce morientes sive ut in hebraico legitur mortue. demoliuntur atque corrumpunt
suavitatem olei. Quibus morbum aliquo errore non capitur que hereticorum
et florum dogmatum venena non maculat. Tempus inquit est ut incipiat
iudicium de domo dei. Si autem primum a nobis quibus finis eorum qui non credunt
evangelio. et iustus vix salvabitur. impius et peccator ubi parebit. Certe
iustus est qui in die iudicii vix salvabitur. Salvaretur autem facile. si non in
se haberet maculas. Ergo et iustus est in eo quod multis floret virtutibus et vix
salvatur in eo quod in quibusdam dei indiget misericordia. Quatuor sunt
perturbaciones quibus genus vexatur humanum. due presentes. et due future. due
bonorum et due malorum quod greci dicunt λυπη et gaudium quod illi χαραν
vel ΗΔΟΝΗΝ appellant. et quod perversa ΗΔΟΝΗ. voluptas appetitusque dicitur
alteram mali. alteram boni excedimus quod mensuram. Si gaudeamus super hiis
que non debemus diciis. potencia. honoribus. inimicorum infelicitate vel
mortibus. Aut e contrario presencium malorum dolore cruciamur adversis. exiliis paupertate
languore mortibus propinquorum quod apostolus fieri prohibet. Et rursum si cupias
ea que arbitramur bona. hereditates honores prosperitate rerum omnium et cor/
poris sanitate et cetera quorum presencium gaudio fruimur. et metuamus illa que
putamus adversa. quibus ad perfectum carere iuxta stoycos. Zenone videlicet
et crissippum possibile. Iuxta epipotheticos autem et difficile et impossibile
est tum sine omnibus scripture sancte consentit autoritas unde et iosephus
machabeorum scriptor hystorie frangi et regere posse dixit perturbaciones/

animi eradicari que. et quinque tusculanarum ciceronis libri his disputatio/
nibus referti sunt. Pugnat enim iuxta apostolum adversum nos fragilitas cor/
poris et spiritualibus nequitia in celestibus manifesta sunt dicente opera carnis
et opera spiritus. et hec invicem sibi adversantur. ut non que volumus/ ipsa faci/
amus. Si non/ quod volumus/ facimus. sed quod volumus illud operamur. quomodo
dicitis hominem sine peccato esse si velit. Ecce apostolus omnes que credentes
quod voluit implere non possunt. Caritas operit multitudinem peccatorum. Non tam
preteritorum quam futurorum. ne ultra dei in nos caritate peccemus. Quamobrem
de muliere peccatrice dicitur. dimittuntur ei multa quia dilexit plurimum. Ex
quo intelligimus non nostrum solum esse patratis facere quod volumus. sed et dei cle/
mentie. si nostram adiuvat voluntatem. Deus lux appellatur. et tenebre in eo
non sunt ulle. quomodo dicitur ullas in dei lumine tenebras reperiri. Ostendit omnium
aliorum lumina aliqua sorde maculari. Denique et apostoli appellantur lux mundi.
Sed non est scriptum quod in apostolorum luce nulle sint tenebre. Et de iohanne
scribitur. Hic venit ut testimonium perhiberet de lumine. ut omnes crederent per illum
non erat ille lux. sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera que
illuminat omnem hominem venientem in mundum. Unde et de deo scriptum est. quod solus
habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem et certe legimus immortales
angelos in immortales thronos. et dominationes. ceterasque virtutes. Sed solus deus
est immortalis quia non est per gratiam ut cetera sed per naturam. Qua ob causam idem
apostolus scribit. deum solum esse sapientem. cum et salomon et multi alii sancti
sapientes vocentur. et dicatur iuxta hebraicum ad principem tyri sapientior daniel
es tu. Quo ergo solus lux. solus immortalis. et solus sapiens appellatur. cum multi
immortales et luces et sapientes sint. Sic perfectio hominis non excusatur. sed
ex gratia venientes imperfectos eos qui perfectos volunt esse demonstrat. Mund-
ant scriptum est et sanguis ihesu filii eius mundat quoque nos ab omni peccato
tam in confessione baptismatis quam in clementia penitudinis. sed aliud est
mundari a deo. Aliud per se esse sine vicio. Si enim iuxta iob luna non splendet
et stelle non sunt munde in conspectu eius. quanto magis homo putredo. et filius
hominis vermis. Omne enim os obstruitur et obnoxius est mundus deo. quia ex operibus
legis non iustificabitur omnis caro coram eo. Nulla quippe distantia est. per hoc quod
omnes enim peccaverunt et indigent gloriam dei. iustificati gratis per ipsius
gratiam. Sin autem scribit existimamus fide iustificari hominem sine operibus
legis. Si quidem unus est deus. qui iustificat circumcisionem ex lege. et pre/
putium ex fide. manifeste ostendit non in hominis merito sed in dei gratia esse
iustitiam qui sine legis operibus credentium suscipit fidem. Unde sequitur peccatum
vestrum non dominabitur. Quare quia non estis sub lege. sed sub gratia. Non enim vo/
lentis neque currentis. sed miserentis est dei. Unde et gentes que non sectabantur
iusticiam comprehenderunt iusticiam. iusticiam autem ex fide. Israhel autem sequens
legem iusticie non pervenit. quia non ex fide sed operibus offenderunt in lapidem

offensionis finis enim legis xpus ad iusticiam omni credenti. Cuncte hee epistole
apostoli. hoc habent principium. Gratia uobis et pax a deo patre et xpo
ihu dno nostro et sic fine clauduntur. Ad corinth quoque scribitur. ut non in
digeatis ulla donatione expectantibus reuelationem dni nri ihu xpi. Licet ergo
nulla indigeamus donatione tamen expectamus reuelationem dni nri ihu. qui
et nos in omnibus confirmabit et ostendit sine crimine. cum in die dni nri
ihu xpi. et mox finis adueniret. ut non glorietur omnis caro in conspectu dei. pau
lus plantauit. apollo rigauit. sed dns incrementum dedit. Ergo neque
qui plantat neque qui rigat est aliquid. sed qui incrementum dat deus. ipsius
enim agricultura ipsius edificatio sumus. Iuxta gratiam dei qua sapiens architectus
posuit fundamentum. Nolite inquit uosmetipsos decipere. si quis sapiens est
in uobis. in seculo isto fatuus fiat ut sit sapiens. Sapientia enim mundi stultitia
est apud deum. Dns cognoscit cogitationes hominum quoniam uane sunt. Et iterum. In
nullo enim michi conscius sum. sed non in hoc iustificatus sum. qui autem me
iudicat dns est. Ut et uobis qui sine peccato esse uos dicitis. Quid habe
tis quod non accepistis? Si autem accepistis quid gloriamini quasi non acce
pistis. Iam saturati estis. Iam diuites facti estis. Et ut sciamus non ex nobis
sed ex dei tota pendere iudicio Ueniam inquid citius ad uos. si dns uoluerit
qui enim dicit ueniam ad uos. ostendit se uelle. monstrat cupere. promittit ad
uentum. sed ut cautius hoc loquatur. infert si dns uoluerit. Si quis enim se
putat aliquid nosse nec dum nouit sicut nosse oporteat. Vas electionis humilitate
delectus ymo confessione singularitatis sic loquitur. Ego sum minimus apostolorum. qui
non sum dignus uocari apostolus. quia persecutus sum ecclesiam dei. gratia autem dei
sum quod sum et gratia ipsius in me uacua non fuit. sed omnibus his amplius labo
raui non ego autem sed gratia dei que mecum est. dic se plus omnibus apostolis labo
rasse statim quasi laborem suum addere refert auxilium non ego inquiens
sed gratia dei que mecum est. Sic et in alio loco loquitur. Fiduciam autem talem
habemus per xpm ad deum non quia ex nobis ipsis sufficientes sumus aliquid
cogitare aliquid quasi ex nobis. sed sufficientia nostra ex deo est. qui et ydo
neos nos fecit ministros noui testamenti. Non enim iustificatur homo ex operibus
legis. nisi per fidem ihu xpi. Unde infert et nos in xpm ihm credimus Ut
iustificemur ex fide xpi. et non ex operibus legis. quia ex operibus legis non iusti
ficabitur omnis caro. Si enim ex lege iusticia ergo xpus sine causa gratis
mortuus est. Ex lege maledicto est. scriptum est enim. maledictus est omnis qui non
permanet in omnibus que scripta sunt in libro legis. Ut faciat ea. xpus
nos redemit de maledictione legis. factus pro nobis maledictum. Si enim data
esset lex que posset iustificare. uere ex lege esset iusticia. Sed conclusit scriptura
omnia sub peccato. Ut promissio ex fide ihu xpi daretur credentibus. lex ergo
pedagogus noster fuit in xpo. ut ex fide iustificemur. Unde addit et uno
uersiculo comprehendit dicens. Euacuati estis a xpo qui in lege iustificamini

a gracia excidistis. Hec cuncta perstrinxi. Vt ostenderem nullo legem fuisse comple-
tam. et per legem mandata omnia que continentur in lege. Deus enim est
qui operatur in nobis. et velle et perficere. Laborat apostolus et iuxta iusticiam
que in lege est sine querimonia conversatus. omnia in christo ducit quisquilias
vt inveniatur in christo non habens suam iusticiam. que ex lege. sed que ex fide
christi est a deo. Vnde scribit ad thessalonicenses. Fidelis autem est dominus. qui
servabit vos. et custodiet a malo. Ergo non liberi arbitrii potestate. sed
dei clementia conservamur. At ne putes argumentacionibus vanis que movent
audientibus questiones veritatem fidei posse subverti. Idem apostolus scribit ad
thymotheum. O thymothee depositum custodi. devitans prophanas vocum
novitates. et contradictiones falsi nominis sciencie quam quidam promittentes circa
fidem exciderunt. Benignitas enim et misericordia salvatoris nostri non ex operibus
iusticie que fecimus. sed secundum misericordiam suam salvos fecit nos. Vt iustificati
illius gratia heredes simus iuxta fidem vite eterne. Hec breviter quasi de latis-
simo ac pulcerrimo apostolice doctrine prato carpsimus. Vt dure frontis
impudencia toleretur. Transeamus ad euangelia et apostolicos igniculos
clarissima christi lampade compleamus. Omnis autem qui irascitur fratri suo sine
causa reus erit iudicio. qui autem dixerit fratri suo racha quod interpretatur vanus
et absque cerebro. reus erit concilio. Haud dubium quin sanctorum et angelici
senatus. Qui autem dixerit fatue. reus erit gehenne ignis. Quis nostrum potest
non huic vicio subiacere. cum eciam pro ocioso verbo reddituri simus racionem in die
iudicii. Si ira et sermonis iniuria atque interdum iocus iudicio concilioque et
gehenne ignibus delegatur. quid merebitur turpium rerum appetitio. et ava-
ricia que radix est omnium peccatorum. Si igitur offers donum tuum ad altare et ibi
fueris recordatus. quia frater tuus habet aliquid adversum te. dimitte ibi donum
tuum coram altari. et vade prius reconciliare fratri tuo et tunc veniens
offeres munus tuum. Hoc est potestatis ut non habeam aliquem contra me
vt autem ille adversus me habeat aut non habeat in illius voluntate consistit.
Quid ergo faciam. si ille reconciliari noluerit. Obsecrem. flectam genua. sed
quid si contempnet. an ex toto tollo nolentem in vis amicicie traham. et que
est maior inimicicia quam amicicias necessitate sociare. Neque enim dixit
rogo eum ut tibi concilietur. sed reconciliari prius fratri tuo. et sic offeres
munus tuum ad altare. Non quo impossibilia deus preceperit sed in tam perfectionis
culmine ostendit. ut ipse pro impossibili ac difficultate nimia precepisse
videatur. Ad destruendam sentenciam tuam. quia scribis facilia dei esse mandata
scandalizantem oculum et pedem et manum iubemur abscindere. Esto per
tropologiam dictum sit carissimis et consanguineis et fratribus nobis vel
coniugali amore ~~[illegible]~~ sociatis. Facile ne arbitraris. ob quamque offensam
tantam subito abscidere caritatem. Quodque dicitur sit sermo vester. est est. non non.
quod autem amplius est ex malo est. forsitan ad vestra scola referatur qui numquam

mendicus sit. Nec audiat illud propheticum et apostolicum. Ego dixi in excessu men-
tis mee Omnis homo mendax. Resistat scripture in alio loco. Os quod mentitur
occidit animam. Verberati maxillam alteram iubemur opponere. Tollenti tu-
nicam etiam et pallium concedendum est. Angariati per mille passus. duobus
milibus tollam prebendam suam. Petenti te da. et volenti a te mutuum ac-
cipere ne aduerteris. Si duos nummulos habuero. et alius postulet. quid dabo
et ipsum in mendicando erit. aut si non dedero transgressor legis inueniar.
Illud autem quod dicitur. Diligite inimicos vestros. benefacite hiis qui oderunt vos
et orate pro persecutoribus et calumpniatoribus vestris forsitan in vero cognitu
recipiatur. apud nos vero. ab hiis est qui perfecta sunt consecuti meritis humilitate
clementia saluatoris. Quod autem sequitur. Cauete ne iusticiam vestram hoc est elemo-
sinam vestram faciatis coram hominibus. ut videamini ab eis. Nescio quis possit
implere ad largiendum frustum panis et binos nummulos pro conducitur et exten-
dentes manum huc illucque circumspicimus. qui si nullus viderit contractior
fit. Esto unus de mille inueniatur qui ista non faciat. Responde queso
vbi sunt facilia mandata. Nolite inquit solliciti esse de crastino. Crastinus
enim dies sollicitus erit sibi ipsi. sufficit diei malicia sua. Vos de crastino non
cogitatis. et instar auium presentibus contenti estis. Quomodo epistole bibline vo-
litant tunc flumina ethiopie ut inter simias et in pavas novo de ophir sa-
lamoni dona mittantur. Vis audire facilitatem mandatorum dei ausculta
quod dicitur. Quam arta et angusta via est que ducit ad vitam et pauci sunt
qui inueniunt eam. Non enim dixit qui gradiuntur per eam. hoc enim vel difficili-
mum est sed qui inueniuntur. Pauci enim inueniunt et multo pauciores in-
grediuntur per eam. Filius inquit hominis non habet vbi caput suum reclinet.
Qui dicit in Ysaia. Suscipe lassum. et hec est requies mea. Si non habet vbi
caput reclinet. et quietum. et trementem verba mea. Vbi est mandatorum fa-
cilitas. Multi hoc quod scriptum est. Non veni iustos vocare sed peccatores ad
penitenciam simpliciter accipiunt. iuxta illum sensum. Non indiget sani medico
sed hii qui male habent. Alii vero interpretantur coactius. Non veni vocare
iustos. Nullus enim ad comparacionem iustus est. sed exaltata parte peccator. sed peccatores quibus
mundus refertus est. dicente dauid. Saluum me fac domine quoniam defecit sanctus
et corrupti sunt et abhominabiles facti sunt. in ~~adin~~ adinuencionibus suis omnes
declinauerunt. simul inutiles facti sunt. non est qui faciat bonum. non est usque ad
unum. Nolite ait possidere aurum. neque argentum neque pecuniam in zonis vestris Non
peram in via. Non panem neque duas tunicas. Neque calciamenta. neque virgam. Hec
innocens precepta apostolica sunt. Et certe apostolus petrus caligas habuisse narratur.
Dicente angelo ad eum. Precinge te et calciare caligis tuis. Duas autem tunicas
vt de ceteris taceam puto quod et ego et tu possideamus. Si tamen tu amplius non ha-
bemus. Hec dico et iterum iterumque ac per singula ingeram ut erubescas ad sua

tua facilia esse dei madata · fratre tradat tradet fratre in morte · pr
filiū · consurgent filij con parētes · et interficiet eos · et eritis inqt
odio cunctis homib9 ppt nomē meū et q facilia iusserat et sciebat
ea facile posse compleri ppterea ut dei facilitate ostendet copulat
dicens · qui pseuerauit usqz in finē · hic saluus erit · Non veni inqt pacē
mitte sup terrā · s gladiū · Veni diuidere hoies con prem suū et filiā
con matre · et nurū con socrū · et ne oia pcurredo longiore sententiam
faceret · Uno cuncta sermone cophendit dicens · Inimici hois domestici
eius · Cuiqz posuisset · q amat prem aut matrē sup me · no est me
dign9 · et q amat filiū aut filiā sup me no est me dign9 · Ob
facilitatē preceptorū intulit · et q no tollit cruce suā et sequit me · no
est me dign9 · Crux xpi facil est · Nudū p9 xpm pgere ludo est
iocus est · Et ubi pmia q difficultate geruntur · Non colligunt zizan/
nia imprimis sed ne et frumētu pit eradicet · Palea dimittit futuro iu/
dicio rseruatur · qn iusti fulgebut quasi sol · et egredient angli et se/
parabut malos de medio iustorū · Petrus mergit · et meret audire
Modice fidei quare dubitasti · Si in illo modica fides · mihi mag
sit nescio · De corde inquit egrediunt · cogitatioes pessime homicidia
adulteria · fornicatioes · furta · falsa testimonia · blasphemie · hec sunt
que coinquinat hoiem · Procedat q in corde suo hec no esse testetur
et plenā in corpe isto mortali iusticiā gfitebor · Qui vult inqt saluā
aiam suā · pdet eā · et q pdiderit aiam suā ppt me saluā faciet eā
Iterū dicitur · hec sunt facilia madata · Ve mūdo ab scandalis · necesse
est enim ut veniant scandala · et ppterea in alio loco scriptū est · In multis
offendim9 sunt enim omnes · Non pauca pecca sed multa n' quādā
sed om posuit omnes enim que sua sunt q runt et no ea q dei sunt · Unus
bonus de9 dr et iungitur quasi hominis bonitas adiu · et tn plenam
iusticiā no hz quia noluit substaciā suā paupibus erogare Unde
difficultas difficultati ymo impossibile impossibili cparat · Nec ca/
melū in gredientē pforamē acus nec diuite pmanere i regno
celorū · Quis eorum no lauat exteriora calicis et parapsidis et inte/
riora nequaqua hz sordibus incarnata · Quis sepulchrorū extrinsecus
de albatorū pr pulchritudine declinat · Hic et nobis dicat ihus · d focis
q videmini hominibus iusti intus aut pleni estis ypocrisi et iniqtate
Quidus aliis vicijs carere possumus ypocrisi maculā no habere
aut paucorū est aut nullorū · pater inqt si possibile est transeat
calix iste a me · Verutā no sic ego volo · sed sic tu · filius dei q dixit
et facta sunt · mādauit et creata sunt omnia statim hoc q filius hois
dr simili tempat · pr si possibile est · verutā no sicut ego volo · s
sicut tu · Et theutobolus me9 abducto supcilio loquitur · pot homo

sine peccato esse. si velit. Apostoli audiunt. sic non potuistis una hora vigi-
lare. Non dixit noluistis sed non potuistis. Apostoli una hora vigilare non
possunt. somno merore et carnis fragilitate superati. et tu potes longo
tempore omnia sua peccata superare. Marcus evangelista scribit de domino. Et non
poterat ibi ne unam quidem facere virtutem. nisi paucis egrotantibus
manus imponens sanavit eos et admirabatur propter incredulitatem eorum
dominus dicitur non potuisse in nazareth. ne unam quidem facere virtutem. et
infidelitatis aliene stupore retinetur et vos potestis omne quod vultis. Dei-
nique in consequentibus scribitur. Abiit in fines tyri et sydonis et ingressus
domum. neminem volebat scire et latere non potuit. Certe utique cupiebat
latere. et quod cupiebat latere qualiter fieret non potuit. ut adventus sui omnem
conscientiam declinaret. Quibus certis quomodo latere non potuit. Cogita assumite
hominis veritatem. et omnem cecitatibus carnibus scandalo. Et filius aliquid
incarne. et ipse carne non potuisse narratur. Nos qui toti carnei sumus
et quottidie spiritus operibus repugnamus tam apostoli sententiam quod volumus cuncta
facimus. Petrus apostolus etiam vult in monte facere tabernacula. unum domino
alterum moysi. tertium helie. nesciens quid loquatur timore perculsus et nos pi-
ringolice philosophie ructamus superbiam. de die et hora consummationis ultime
et angelos celorum et filium ignorare respondit et vos plenam scientiam
pollicemini. carnis infirmitas deo habitatore gaudebat et tamen mensuram
fragilitatis sue excedere non poterat. ut non TWΔWKEIN id est pu-
tative iuxta veteres hereticos. sed vere dei filius. hominis filius crederetur. Apostolos
paululum relinquens cecidit pronus in terram. et orabat dicens pater
si possibile est. Cur queso similiter ambiguitatis expromit. quod in alio loco
dixerat. quod apud homines impossibilia. apud deum possibilia sunt. Sed hoc passurus
hominis verbis loquitur. Ille dicit si possibile est una hora preterire. Tu dicis
impossibile et omni tempore peccata vitare. In quibusdam exemplaribus et maxi-
me grecis codicibus iuxta marcum in fine evangelii eius scribitur. Postea cum
accubuissent undecim. apparuit eis. et exprobravit incredulitatem. et
duritiem cordis eorum quia hiis qui eum viderant resurgentem non credi-
derunt. et illi satisfaciebant dicentes seculum istud iniquitatis et incredu-
litatis substantia est. quod non sinit per immundos spiritus veram dei apprehendi vir-
tutem. Idcirco iam nunc revela iustitiam tuam. Qui si contradicitis illud
certe renuere non audebitis. mundus in maligno positus est. Et quod dum
suum sathanas temptare ausus sit et victus abs confusus recessit.
usque ad tempus utique passionis ille temptatur et successor. Iovinianum audi
loquentem eos qui plena fide baptisma consequuti sunt non posse temptari
Nimio alius verbis posse hominem baptisatum si voluerit nequaquam velle
peccare. Zacharias iustus audit ab angelo. quia non credidisti

verbis meis · Pater lunatici de aplis loquitur rogaui discipulos tuos
vt eycerent eum et non potuerunt et ipsi discipuli interrogant
saluatorem quare non potuimus eycere illum ? et audiunt · propter incredulitatem
vestram · Cur queso quia omnia posse domino seruabatur · Intrauit cogitacio
in aplos · quis eorum maior esset · et emendantur doctrina saluatoris ·
dum minimus maior agnoscitur et humilitas sublimitate mutatur · Non
recipitur ab vrbe samaritanorum · quia facies eius erat euntis Ierusalem
Iacobus et iohannes vere filii tonitrui · Et zeli ardore feruentes · phinees
et helyas ignem de celo deducere cupiunt et corripiuntur a domino · quia
vtique non corriperentur si absque errore voluissent · Ibant cum illo populi · hoc
est cum domino · qui gustus dixit · Si quis venit ad me et non odit patrem suum
et matrem suam et vxorem et filios et fratres et sorores insuper et animam suam
non potest meus esse discipulus · et qui non tollet crucem suam · et sequitur me · non potest
meus esse discipulus · Et in hoc loco temerariis proclamabo potest hoc si vo/
lit omnia virtute peccati facilia enim sunt mandata eius qui meretur audire a domino
saluatore · Vos estis qui iustos esse vos dicitis coram hominibus deus autem
nouit corda vestra · quia quod apud homines excelsum est · Abhominabile est coram
deo · Impossibile inquit est · vt scandala non veniant puto quod peccatum scan/
dalum venit nisi fallor enim CKΩΛOΠETCKANΔAΛON · apud
grecos ex offensione et ruina nomen accepit propterea in multis offendimus
omnes fac ut non corruerem · Certe offendi et non in vno sed in pluribus · Ar/
bitror quod et in aliquo offendisse peccatum sit · Dixerunt apli domino · Auge nobis
fidem · Qui respondit eis · Si habetis fidem quasi granum sinapis quod
vtique minimum est omnium seminum · et crescit oboluis meus fidei nobis motibus
intumescit · Dicebat autem inquit et parabolam illis quod oportet semper orare
et nunquam deficere · frustra semper oramus · si in nostro est arbitrio · facere
quod volumus · Dixerunt apli et quis potest saluus esse ? Audiunt a domino ·
que impossibilia sunt apud homines · possibilia apud deum sunt · ergo aliqua que
apud homines impossibilia sunt et certe ea esse possibilia ex eo ostenditur
quod apud deum possibilia sunt · Sit ergo apud deum possibile homini si velit donare
in penitentia · non ipsius merito sed sua clementia · et apud homines nequaquam
possibile liberi arbitrii potestate · quod nutu donantis accipitur · Non sufficerat
aplis dudum super dignitate quesisse quis eorum maior esset · Sed in ipso
necessitatis et passionis articulo scribitur de eis · facta est autem et con/
tencio inter illos quis eorum maior esset · Optimum tercia tempus
instante de dignitate contendere · Symon inquit symon · ecce sathanas
expetit vos vt cribraret quasi triticum · ego autem rogaui pro te vt non
deficiat fides tua · Et certe unde vos in apli erat potius potestate si
voluisset ut non deficeret fides eius quia vtique deficiente peccatum subintroditur

In quibusdam exemplaribus tam grecis quam latinis invenitur scribente
Luca. Apparuit illi angelus de celo confortans eum. haud dubium
quin dominum salvatorem. Et factus in agonia prolixius orabat. factusque est
sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. Salvator in pas-
sione ab angelo confortatur. et Critobolus meus non indiget auxilio dei
habens liberi arbitrii potestatem. et tam vehementer orabat ut gutte
sanguinis expte prorumperet que totum erat in passione fusurus. Quod
inquit dormitis surgite et orate. ne intretis in temptacionem. Debuit utique
vos dicere. Quid dormitis. surgite et resistite liberum enim habetis arbitrium
et semel vobis concessa a domino potestate. nullius alterius indigetis auxilium. si enim hoc
feceritis non intrabitis in temptacionem. Non possum ait ego facere a meipso
aliquid. sicut audio iudico. Arriani obiciunt calumniam. Quibus respondet ecclesia
ex persona hominis hoc dici qui assumptus est. Tu econtrario loqueris possum
sine peccato esse si voluero. Ille nichil ex se potest facere ut hominis indicet ve-
ritatem. Tu potes omnia peccata vitare. ut adhuc in corpore constitutus
Anthiteon esse te doceas negat scribus ac propinquis ire se ad scenophegia
Et postea scriptum est. Ut autem ascenderunt fratres eius tunc et ipse ascendit
ad solempnitatem. non manifeste sed quasi in abscondito. Iturum se nega-
vit. et fecit quod prius negaverat. Latrat Porphyrius inconstancie ac
mutacionis accusat nesciens omnia scandala ad carnem esse referenda
Moyses inquit dedit vobis legem et nemo ex vobis facit legem utique possibile
et tamen quod erat possibile nemo compleverat. Neque enim culpa imperantis est.
sed fragilitas audientis. ut omnis mundus subditus fiat deo. In ewangelio
secundum Iohannem In multis et grecis et latinis codicibus invenitur de ad-
ultera muliere que accusata est apud dominum. Accusabant autem et vehementer
urgebant scribe et pharisei iuxta legem eam lapidare cupientes. At ihesus
inclinans digito scribebat in terra eorum videlicet qui accusabant et omnium
peccata mortalium secundum quod scriptum est in propheta. Relinquentes autem super terram
scribantur. Tandemque caput elevans. dixit eis qui sine peccato est vestrum. primus
super eam mittat lapidem. hoc quod dicitur sine peccato grece scriptum est anamartetos
Quid ergo aliud esse dicit sine peccato et aliud anamartetos aut grecum ser-
mone novo verbo exprimat aut si expressum est a latinis ut interpretacionis
veritas habet perspicuum est anamarteton nichil aliud esse nisi absque peccato
et quia accusatores omnes fugerunt. dederat enim verecundie eorum clemen-
tissimus iudex spacium recedendi. Rursumque infra scribens terram que despi-
ciens paulatim discedere et oculos illius declinare ceperunt. Solusque re-
mansit cum muliere. Cui locutus est ihesus. Ubi sunt. Nemo te condep-
navit. Que ait nullus domine. Respondit que ei ihesus. neque ego te con-
dempno. Vade et amodo noli peccare. precepit dominus. ne ulterius peccaret
sicut et alia similiter in lege mandavit. sed utrum ea fecerit vel ne scriptura

non dicit. Omnes inquit qui venerunt ante me fures fuerunt et latrones. Et
omnes nullo excipit. Qui venerunt inquit, non qui missi sunt. de quibus
propheta ait. Ipsi veniebant a se. et ego non mittebam eos. Quod vero solius
xpi potencia reservatur qui ad sua venerat. et sui eum non receperunt. Dum
essem inquit in mundo cum eis. ego servabam eos in nomine tuo quod dedi eis
liberi arbitrij et custodivi. et nullus ex eis periit. nisi unus filius perdicionis
Non dixit eis dedi ei liberi arbitrij potestatem ut ipsi se suo labore
servarent sed ego custodivi eos. ego servavi. Denique infert. Non peto
ut inferas eos de mundo. sed ut custodias illos a malo. In actibus apostolorum
scriptum est. De paulo et barnaba. quod dessencierint inter paulum et barna-
bam pro iohanne qui cognominatus est marcus orta dissentione ita ut sepa-
rarentur et barnabas marcum. et paulus silam assumerent. in euangelij minis-
terium. Paulus severior. ille clemencior. Uterque in suo sensu abundabat.
et tamen dissentio habet aliquid humane fragilitatis. Preterea volumus legi: transiret
frigiam et galaticam regionem. prohibiti a spiritu sancto loqui verbum in asya quo
maledicto. puto in ipsa primum usque hodie hereticos qui contra spiritum
sanctum faciant, plurimos reperiri. Cumque venissent ad mysiam temptabant
ire bythyniam. sed non dimisit eos spiritus ihesu. Nota quod spiritus ihesu spiritus
sanctus sit. qui in alio loco propter unitatem substantie patris spiritus appellatur.
Voluit loqui in asya et prohibentur a spiritu sancto. Temptat ire in bithy-
niam. et non eos permittit spiritus ihesu. Satis inportune si eis faciendi
vel non faciendi semel dederat liberi arbitrij potestatem. Sequitur. Tempora
inquit ignorancie respiciens deus. Nunc precepit hominibus omnes ubique
penitenciam agere. Significantes preterita in lege tempora. tempora ignorancie demonstrat.
Rursum ait veniam ad vos deo volente. Cur imposuit voluntatem
dei si habebat sui arbitrij potestatem. Iacobus apostolus. Si quis ait
servaverit totam legem. offenderit autem in una. factus est omnium reus. Quis
autem in nullo aliquando peccavit. Si autem peccavit quod negari non potest. et
pro uno peccato omnium reus est peccatorum non suis viribus sed misericordia sal-
vatur dei. Si quis in verbo non peccavit. iste perfectus est vir. Si aliquando in sermone
peccasti ubi est apud te presumpta perfectio. Maxime cum sequatur Linguam
autem hominum nullus potest domare inquietum malum. Plena veneni mor-
tiferi. Rogo te ut michi respondeas. si lingua inquietum est malum
et plena veneni mortiferi et nullus potest linguam domare mortalium
et tanti criminis reus est eis. Ubi impetuum peccatorum fuga? Unde bella
et unde rixe inter vos. Nonne ex voluptatibus que militant in membris
vestris? Aut membra non habetis humana. Aut si homo sine membris
non potest esse. Confitemini voluptatem atque luxuriam in vestris artubus militare
David qui dixerat confitenter. proba me domine et tempta me. Ure
renes meos et cor meum. quia in misericordia tua in conspectu oculorum meorum

est · et complacui in veritate tua · Et iterum ego autem In innocentia mea ingressus
sum et pes meus stetit in directo · Quamquam iudicij veritate dei misericordia mi
tigerat · Tamen quia hoc ausus est dicere relinquitur parum pro fragilitati
sue · vt et vos dicitis arbitrij liberi libertati et per adulterium lapsus in ho
micidium · postea loquitur Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam · Et secundum
multitudinem miseracionum tuarum dele iniquitates meas · Nec hoc dico quod
quod vnum sacrificium acciperet · Et de quo scriptum quod fecerit omnes voluntates dei
Sed quod multis alijs bonis hec vicia recompensauit et saluatus sit misericordia dei
Cuius iudicium est in ponderibus et ad quem asaph loquitur · Cibabis nos pane
lacrimarum · et potum nobis dabis in lacrimis in mensura · Neque enim iniustus
est dominus ut tantum peccata condempnet et bonorum operum non meminerit · Vnde et in
alio loco ydem dauid canit · Ego dixi in abundantia mea · non mouebor
in eternum · Domine in voluntate tua prestitisti decori meo virtutem · auerti autem
faciem tuam et factus sum conturbatus · Dixi enim pronunciabo contra me iniu
quitatem meam domino · et tu dimisisti impietatem cordis mei · Iusto quoque precipi
tur reuela ad dominum viam tuam et spera in eum · et ipse faciet · Et educet quasi
lucem iusticiam tuam et iudicium tuum quasi meridiem · Salus enim iustorum
a domino quia non est sanatio in carne eorum a facie ire eius · Et quottidie
iuxta apostolus quod dicebat · Non enim habitat in carne mea bonum · Ingemes
cunt dicentes · Renes mei impleti sunt illusionibus · et non est sanitas in
carne mea · Breues enim posuit dies meos et substancia mea quasi nichil in conspectu
eius · Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens · vel viuens in corpore · vel viuens
in virtutibus · et tamen omnia vanitas · Incerto enim statu fluctuat · et dum non timet
in sereno · patitur tempestatem · Qui cum esset in honore non intellexit comparatus
est iumentis insipientibus et similis factus est eis · pro nichilo inquit saluos
facies eos · Haud dubium quin iustos qui non proprio merito · sed dei saluantur cle
mentia et delicta mea a te non sunt abscondita · Hoc ex persona christi dicitur
si ille qui peccatum non fecit nec dolus inuentus est in ore eius pro nobis do
luit et nostra peccata portauit · quanto magis nos debemus nostra vicia confiteri
Renuit inquit consolari anima mea considerantis delicta que feceram recor
datus sum dei et letatus sum cogitans me illius clemencia conseruandum nocte
cum corde meo meditabar et scobebam spiritum meum · Et dixi nunc cepi hec
est mutatio dextre excelsi · Iusti vox est qui post meditacionem in sompnijs · et
conscientie cruces · ad extremum ait nunc cepi · vel penitenciam agere vel secu
lum renunciare · et hec ipsa de bonis ad meliora mutatio · non mearum
virium sed dextera et potentia dei est · Iherusalem misericordia edificabitur · Nullum
enim tempus est quo non edificatur misericordia in singulis quibusque sanctorum
et hijs qui de peccatis transeunt ad virtutes · A sagitta volante per diem
a negocio perambulante in tenebris · quis meum poterit liberare · Ecce
enim peccatores intenderunt arcum ut sagittent in obscuro rectos corde · —

Noluit xpianos vulnerare sed rectos sagitta. perdere voluntate phetiuus
Noli insanctiorum intelligentia scripturarum. negotium in tenebris et nocte
perambulat per philosophos qui obscuritate sermonum involvere cupiunt veritatem
plantati in domo domini in atriis dei nostri florebunt. plantati in domo
domini iusti sunt in ecclesia confirmati. sed hii non in presentiarum sed in futuro in atriis
domini florebunt. Ubi est certa et secura possessio. Miserator et misericors
dominus et longanimis et multe misericordie. Bonus dominus omnibus et miserationes
eius super omnia opera illius. Tantas audies miserationes. et in tua audes virtute confidere
Confiteantur tibi domine omnia opera tua. si de cunctis operibus dei et homines sunt.
ergo omnes homines sua peccata fateantur. Legimus in samuele dictum de salomone
ipse edificabit domum nomini meo et firmabo regnum eius usque in sempiternum
Ego ero ei in patrem. et ipse erit michi in filium. Et iterum. Si inique egerit cor//
ripiam eum in virga hominum. misericordiam autem meam non auferam ab eo. Cum
egisset david gratias deo. ad extremum intulit. Et hoc est lex hominis domine deus
semper respicere. Ad clementiam tuam et infirmitatem carnis divino auxilio
sustentare. Quid michi inquit et vobis filii sarvie maledicat semei dominus precepit
ei. ut maledicat david. et quis respondebit ei quare hoc fecisti. Voluntas enim
dei non discutienda. sed cum gratiarum actione patienda est. Et in alio loco
dominus mandavit ut dissiparet consilium achitofel bonum. et adduceret super absolon
malum. cuius contra consilium erat. quia consilium dei. Et quia in homine potestas liberi arbitrii
maior potestate subversa est. Ieroboam. qui peccare fecit populum israel/ arguitur
tur reliquit preceptum dei/ dicitur quod ad eum. dedi tibi regnum domus david et non
fuisti sicut servus meus david qui custodivit mandata mea et ambulavit post
me in toto corde suo et fecit placitum in conspectu meo. Ergo et possibilia
mandata dei sunt. que david fecisse cognoscimus. et tamen lassescere sanctos ad perpe//
tuitatem iusticie. In multis regibus legimus de stirpe david. quod non suo merito
sed david patris virtutibus conservati sunt. qui fecerint placitum in conspectu dei
Et venitur ad asa regem iuda de quo scriptum est. fecit quod asa rectum in conspectu
domini sicut david pater eius. Cumque in multis laudibus eius commemorata esset hystoria
ad extremum intulit. sed excelsa non abstulit. Attamen quia cor eius perfectum erat
cum deo omnibus diebus vite sue. certe et iustus dicitur quippe cuius cor perfectum erat cum
deo. Et tamen in eo erravit. quod excelsa non abstulit. que ezechia et iosia legimus
abstulisse. Helyas in cuius spiritu et virtute venit iohannes baptista. ad cuius
imprecationem ignis descendit e celo et iordanis fluenta divisa sunt. Timuit
Iesabel et fugit lassus quod in solitudine sedit sub arbore et pressus angustia
mortem rogavit dicens. Sufficit michi domine. Tolle animam meam. neque enim melior
sum patribus meis. Quem iustum negare quis potest. et tamen non dicam mentem. sed hominem
formidare de cuius perturbatione descendit. quod vitio carere non potest. dicente david
Dominus auxiliator meus non timebo quid faciat michi homo. De iosaphat
rege iuda scriptum est. et fuit dominus cum iosaphat quod ambulavit in viis david
patris sui prioribus. Ex quo intelligitur posteriores cum david habuisse iusticias

et nouissima non habuisse peccata. Non peccauit ait balaam. sed in deo patris
sui. et ambulauit in preceptis illius et non iuxta peccata israel. Confir-
mauit quoque dominus regnum in manu eius et dedit omnis iuda munera josaphat
facteque sunt ei infinite diuicie et multa gloria. Cumque sumpsisset cor eius
audaciam propter vias domini etiam excelsa et lucos de iuda abstulit. Hic
achab regi impiissimo affinitate coniunctus est. Cumque post plurima reuerteretur
iherusalem occurrit ei iheu filius anani videns et ait ad eum. Impio prebes
auxilium et hiis qui oderunt dominum amicicia iungeris. et iccirco iram quidem
domini merebaris sed bona opera inuenta sunt in te eo quod abstuleris lucos
de terra iuda et preparaueris cor tuum ut requireres dominum. At ne putemus
posteritatis iusticias hoc peccato et in increpatione prophetica fuisse deletas. propterea
de ochozia stirpe eius scriptum est. quod inuenerit eum iheu latentem in samaria
adductumque occiderit. et sepelierunt in quo illum. eo quod esset filius iosaphat
qui quesierat dominum in toto corde suo. De ezechia scriptum est fecit rectum
in oculis domini iuxta omnia que fecit dauid pater eius. Iste abstulit excelsa. et con-
triuit statuas. et incendit lucum. Contriuit quoque serpentem eneum. quem fecerat
moyses. Et iterum. In domino deo israel confisus est et post ipsum non fuit similis
ei in cunctis regibus iuda. et qui fuerunt ante eum. Adhesit domino. et non re-
cessit ab eo. et custodiuit mandata eius. que preceperat dominus moysi. et erat dominus
cum eo. et in omnibus in quibus incedebat. sapienter agebat. Cumque rex assiriorum
sennacherib. cepisset vniuersas vrbes iude. misit ad eum ezechias in lachis
dicens. peccaui recede a me. quicquid inposueris. dabo. inposuit quoque rex
assyriorum ezechie trecenta talenta argenti et triginta talenta auri. et
dedit ezechias omnem pecuniam. que inuenta est in domo domini et clipeos
quos deaurauerat. omnia dedi regi assyriorum quomodo quod ergo tanta
non timuit necessitate cogente quod domino consecraret regi offerre assyrio. Dominus
quoque ad eum. ego custodiam ciuitatem hanc propter me et propter dauid seruum meum.
non propter te. quia superbia fecisti. quin centum octoginta quinque milia exercitus
assyrii angelo cedente prostrata sunt. Illud quoque diligentius attendendum quod
commemorat. Egrotauit ezechias usque ad mortem. Venit quoque ad eum ysaias
filius amos dicens. precipe domui tue. quia morieris. qui auertit faciem suam
ad parietem. et orauit ad dominum dicens. Obsecro domine. memento quomodo am-
bulauerim in conspectu tuo in veritate et corde perfecto. et bonum in oculis
tuis fecerim. Fleuitque ait ezechias fletu magno. Certe iustus erat ezech-
ias et corde perfecto. Itaque ad dominum plorare non debuit. quibus tamen fletum
si cogitamus hominem non desperabis causas doloris. Nullus enim intrepidus
vadit ad iudicium domini habens conscientiam peccatorum. cuique flexisset. factus est sermo
domini ad ysayam prophetam dicens. Reuertere et dic ezechie duci meo. Dux
appellatur dei tui mors fuerat nunciata quia humilitate prostratus est. Hec inquit
dicit dominus deus tuus dauid patris tui. Audiui orationem tuam. Vidi lacrimam tuam

Addit ei tempus vite et de assyriorum manibus manibus liberatur et tamen signum
postulat ut credat verum esse quod dominus repromiserat quod saltem per hoc infidelitatis
iudicium est. Misit quoque rex babilonis nuncios et legatos qui ei congratularentur
ob restitutam corporis sanitatem qui ostendit eis omnes thesauros aromatum
auri quoque et argenti et vasorum suppellectilem. Non fuit que non (misit?) res quam
non ostenderit eis ezechias in domo et in omni potestate sua. Ex quo intelligimus
etiam vasa templi babilonis monstrata legatis. Unde et ira domini concitatur
et postea esaye vaticinatione cognoscit. De filiis tuis eunuchi erunt et omnia
vasa templi transferentur babilonem ob quam culpam etiam in libro dierum scriptum
est. Cecidit ezechias elatione cordis sui. Certe ezechiam nemo iustum nisi
impius denegabit. Peccavit in quibusdam et ideo iustus esse desi-
nit sed hoc scriptura non loquitur. Non enim quod pauca peccavit iustitie nomen
amisit sed ex eo quod multa bona fecit iusti vocabulum possidet. Hoc totum
dico ut scripturarum sanctarum testimoniis comprobetur non ex eo peccatores esse iustos
quod peccaverint sed ex eo iustos permanere quod multis virtutibus floreant.
De iosia scriptum est fecit rectum in conspectu domini et ambulavit in
omni via david patris sui. Non recessit neque ad dexteram neque ad sinistram
et tamen cum esset iustus tempore necessitatis et angustie mittit ad oldam
prophetam uxorem sellum filii thecue filii araas custodis vestium et hec
inquit habitabat iherusalem in secunda. haud dubium quin urbis partem significet
que interiori muro vallabatur et illa respondit. Hec dicit dominus deus
israel. Ite et dicite viro qui misit vos ad me. In quo culpa et regis et sacer-
dotum et omnium virorum reprehensio est quod nullus virorum sanctus potuit re-
periri qui possit futura predicere. Denique interficitur Iosias reverti ~~sed perrexit contra~~
eum bellum. ~~Nec adquievit sermonibus nechao ex ore dei. Et infertur mortuus~~
a pharaone regi egipti eo quod noluit audire verba domini ex ore Ieremie prophete
sive ut in paralipomenon libro scriptum est. Noluit iosias reverti sed perrexit contra
eum bellum nec adquievit sermonibus nechao ex ore dei. Et infertur mortuus
est et sepultus in mausoleo patrum suorum et universus iuda et iherusalem luxe-
runt eum. precipue quoque ieremias cuius omnes cantores atque cantrices usque
in presentem diem lamentationes super iosia replicant. Et quasi lex obtinuit
in israel. ita ut scriptum fertur in lamentationibus. puto quod sermonibus dei per quemlibet
non adquievisse peccatum sit. De ipso Ieremias loquitur quamquam hoc plerique
secundum anagogen intelligant. de domino salvatore spiritus faciei nostre christus
dominus captus est in peccatis nostris. Cui diximus sub umbra tua vivemus in gentibus.
Moyses cui locutus est dominus facie ad faciem et salva facta est anima eius
ad aquas contradictionis offendit nec meruit cum fratre aaron terram re-
promissionis intrare. De quibus et psalmista cantat. Absorpti sunt iuncti petre
iudices eorum. Audient verba mea quoniam placuerunt. Et est sensus. Iudices
populi Iudeorum moyses et aaron devorati sunt aperto populi iuxta petram deo(?)

aquarum flucta manarunt. Et certe cum ipsi iusti fuerint et obedierint
sermonibus dei qui ipse suauissimi sunt. Demum sequitur decadauceribus mortu
orum in solitudine quasi crassitudo terre. durupti sunt super terram dispersa
sunt ossa nostra secus infernum. Iosue loquitur deus. desponsabo me in iusticia
et iudicio statim que subiungit. et misericordia et miseracionibus. et in fide
ut largitoris primo cognoscat. quod ipse sit deus. In eodem scriptum est libro deus
ego sum. et non homo in medio tui sanctus. et non ingrediar ciuitatem
uictorum scilicet gentilia bulum. Ipse solus hanc non ingreditur ciuitatem quam edificauit
cham in nomine filii sui enoch. quam omnium sacerdotum quottidie ora concelebrant
omonos anamartelos. quod in lingua nostra dicitur. qui solus es sine peccato. Que
laus iuxta sententiam tuam. stultus deo reputatur si est cordis cum certis. Nos
enim iuxta amos conuertimus iusticiam in absinthium. et fructus iudicii in amaritudinem
loquuntur naute atque uictores in libro Ione. Rogamus domine ne perdas nos propter
hominem istum. neque inducas super nos sanguinem innocentem. sic enim placuit tibi
sic factum est domine. nesciunt causas quid mereatur propheta fugitiuus et tamen iusti
ficant deum et sanguinem innocentem fatentur cuius opera non norant. Et ad extremum
sic placuit tibi domine. sic factum est. Non querunt iusticiam sine dei. sed ueritatem iusti
iudicii confitentur. Micheas lacrimabili uoce testatur. periit sanctus de terra
et rectus in hominibus non est omnes in sanguine insidiantur. unusquisque fratrem
suum uenatur ad mortem. Malum manuum suarum dicunt bonum. Et iterum qui
optimus inter eos est quasi paliurus. et qui rectus quasi spina de sepe. Hec hominum
iusticia est. Ut iuxta uerba eiusdem prophete nec amico nec coniugi nec filiis sit credendum
quia inimici hominis domestici eius quam sententiam etiam sermo domini comprobauit.
Unde datur consilium per eundem prophetam. Iudicabo tibi o homo. quid sit bonum et quid
dominus querat a te. Utique facere iudicium et diligere misericordiam et sollicitum ambulare
cum deo tuo. Illud quod dixit. habeto equalitatem dei et non hoc quod maximum est
sollicitus ambulare cum deo tuo. Ut nunquam securus sis. Ut omnia obseruantia
custodias cor tuum ut consideres quoniam in medio laqueorum ambules. et sub
murorum pinnis ingrediaris Ut illud quottidie corde mediteris. Iuxta
semitam scandalum posuerunt michi. Superbis enim deus resistit. humilibus
autem dat graciam. Qui tantus et timidus est propter aduersus uitiae peccata. qui securus
est de iusticia sua repugnat deo. Illius quia auxilio destitutus insidiis hostium patet.
Conputrescant, inquit abacuch, ossa mea. et subter me scateat. tamen
ut requiescam in die angustie. Ut ascendam ad populum fortem meum.
Hic tribulaciones et angustias afflictionesque cum deprecatur. Ut in futuro uictoriam
iam cum christo regnaturus non sociatur. ex quo perspicuum est hic pugnam atque cer
tamine. et in futuro esse uictoriam. Hiesus filius Iosedech quod interpretatur
Iustus domini. sacerdos magnus. indutus describitur uestibus sordidis. qui
peccatum non fecit. et tamen nostra peccata portauit. Ad cuius dexteram stabat
sathanas ut aduersaretur ei. dicitur quia ad eum post pugnam atque uictoriam.

aufferte vestem sordidam ab eo · et ecce abstuli a te iniquitatem tuam et hec ius
Iouiniam loquitur sine omni ordine pecto sumus · Ille facit quod non vult
et quod vult non facit · ego facio quod volo · et quod nolo non facio · preparata sunt
michi regna celorum ymmo ipse ea in meis virtutibus preparavi · Inquo
adam tenetur obnoxius · A alii qui reos se putant in similitudine prevarica//
tionis adam · Ego solus cum mea caterna non teneor · Alii clausi cellu//
lis · et feminas non videntes · quia miseri sunt · et mea verba non audiunt ·
torquentur desyderiis · ego etiam si in medio feminarum agminibus nullam habeo con/
cupiscentiam · De me enim dictum est lapides sancti volvuntur super terram
Et ideo non sentio · quia libero arbitrio potestatem & torpeo aufferre · Audiamus
super ysaia clamantem dominum · populus meus / qui beatos vos dicunt / seducunt
vos · et semitam pedum vestrorum subplantant · qui magis subplantat populum
dei · qui liberi arbitrii potestate sub innixus · despicit auxilium conditoris et in /
sua voluntate securus est · An qui ad singulas sinuas preceptorum domini iudi
cium domini pertremescit · Adhuc quoque modo homines loquitur deus · Ve vobis qui
sapientes estis apud vos · et intelligentes vestro iudicio · Esayas vir hebreyad
plorat et dicit · Ve mi quia tacui · quia in mundam habens labia et in medio
populi immunda habentis labia habitans · Vidi dominum sabaoth oculis meis ·
Ille virtutum merito dei fruebatur aspectu et consciencia peccatorum labia sua fatebatur
in munda · Non quo loquutus esset aliquid · quod voluntati domini repugnaret · sed quod
siluisset vel pudore vel timore perterritus · nec arguisset libertate prophetica populum
delinquentem · nos peccantes aliquem corripimus · qui adulamur divitibus ; et
personas accipimus quorum opibus indigemus · ut talia non agamus · ut abstine//
amus nos ab omni specie peccatorum · Certe verum tacuisse peccatum est quanquam apud
septuaginta non sit scriptum · quia tacui · sed qui compunctus sum conscientia vi//
delicet delictorum · Ut illud propheticum compleretur · versatus sum in miseria · dum
michi infigitur spina · Ille peccati spina compungitur · tu virtutum floribus ver/
nas · Erubescet inquit luna · et confundetur sol · cum visitaverit dominus super mi
liciam celi excelsis · Hoc est quod in alio loco scriptum est · Astra quoque non sunt
munda in conspectu eius · et adversum angelos suos perversum quid repperit · Luna
erubescit · et confunditur sol · et celum operitur cilicio et nos intrepidi atque
letantes · quasi omni careamus vicio · occurremus iudicis maiestati · quando
tabescent montes · celesti videlicet per superbiam · et omnis milicia celorum · vel
astra vel angelice dignitates · et complicabitur sicut liber celi · et omnis
exercitus eorum instar foliorum defluet · quoniam inebriatus est inquit in celo gla/
dius meus · et nunc super ydumeam descendet · gladius dei inebriatur in celo
et tumes solus erit sanctitate securus · In ydumeam descendit quae interpretatur
vel sanguinaria vel terrena · ut prophetica auctoritate discamus omnem terram
indigere iudicio · Unde sequitur · Victima enim domini in bosra quae interpretatur
caro · et interfectio eius multa in terra edom · idest in sanguine · unde
quod ponit et apostolus · Caro et sanguis regnum dei non possidebunt

Ve qui contradicit victori suo. Ve qui dicit patri ut quid me genuisti. et matri
qualiter me peperisti. Hoc adeo pertinet. qui dicunt. Quare talis condita
sum. quod non possim impetus tantos pati. Quare tale vas factum ut non
adamantinum permanerem. Et adomes tactus fictile atque frangibile
Omnes sicut oues errauimus. et omnia nostra dominus peccata portauit. Multitudo
est enim. diligenter inspexit. nullum quod reperit. qui iudicaret iuste quod suam
in omnibus faceret voluntatem. Et ideo brachium eius salutem prebuit. et iusticia
sua saluabit omnia. Ut omnis modus subiciatur deo et illius clementia conuertatur.
Fuimus enim in mundo. non pauci. sed omnes. qui pannus menstruate computata
sunt omnia in lege opera nostra. Audistis in ezechiele loquitur deus. perfecta eras
in decore meo. et est sensus. non in tuis operibus sed mee liberalitate dona
ueram non in tua consciencia cordisque iactancia sed in meo decore quo te cle/
mentie saluatur mee liberalitate donaueram. Denique in consequentibus
loquitur ad eam quod saluatur. non suo merito sed tuus mea Recordabor pacti
mei tecum in diebus adolescentie tue. et suscitabo tibi pactum sempiternum
et recordaberis viarum tuarum et confunderis. Et iterum suscitabo pactum
sempiternum meum tecum. et scies quia ego dominus. et recorderis et confundaris.
et non sit tibi ultra aperire os pre confusione tua. Cum placatus fuero tibi in omnibus
que fecisti ait dominus deus. Ecce aperte diuino sermone monstratur. quod in alio loco
dixerat et mundans te non faciet innocentem. quod iusti quoque et post peccatum in/
statum pristinum restituti os aperire non audeant sed cum apostolo dicant quod non sunt
digni vocari apostoli. qui persecutus sum ecclesiam dei. Denique et in alio loco per
eundem prophetam ad eos qui illius misericordia conseruata sunt loquitur deus. et recor/
damini viarum vestrarum et omnium scelerum vestrorum quibus polluti estis et displi/
cebat vobis in conspectu vestro in cunctis maliciis quas fecistis et scietis quod ego
dominus cum benefecero vobis propter nomen meum. non secundum vias vestras malas.
Neque secundum scelera vestra pessima erubescamus atque dicamus. quod loquitur
hii qui iam premia consequuti sunt. Loquamur peccatores super terram et in
fragili mortalesque corpore constituti. quod sanctos videmus melius dicere.
etiam in corruptione et in mortalitate donatos. et dicitis inquit. non est
recta via domini. cum vestre vie praue sint. phariseorum est hoc supercilium. Ut
peccata proprie voluntatis referat ad conditoris iniuriam et illius iusticiam
calumnientur. Sacerdotes templi mistici quod metaphorice ecclesia. filii sadoch
cum vestimentis ministerii non egrediuntur ad populum nec humana conuersatione
sanctificati maculentur. et tu in medio vulgi vnusquisque de populo
minimum esse te credis. Hieremiam prophetam habuit experientes sensu magis
quam sermone turpamus. Circuite inquit in exitibus hierusalem. et querite
in plateis eius. si vbi inuenire potestis virum qui faciat iusticiam viuat.
et fidem. et ero propicius propter eum. Quamuis enim dicat. viuit dominus. sicut/
dulciter iurat. et per hoc ipsum in mendacio reputo satisfactio peccatorum.
Vestendas tradidit offerentibus hostias dicens se non mandasse. pro quibus

eorum qui eduxit eos de terra egipti . vt offerret huiusmodi sacrificia non enim
voluntate . sed ydolorum gratia mandauit . malens sibi offerri victimas
quam demonibus omnes recesserunt ab eo . nullus est qui loquatur bona et agat
penitentiam a peccatis suis . sequuntur prauas voluntates . qui equus promptus ad pre/
lium . intenderunt linguam suam quasi arcum . metuuntur omnia et non est
in eis veritas . Amicorum quoque caueas insidias recipit . et nulli credere
proximorum . singulos enim insidiari amicis . et fratrem a fratre decipi . et hoc
facere non nature malo sed propria voluntate . que docuerunt linguam suam men/
dacium . et promi sterant ad iniusticiam . Si ethiops (ait) mutauit pel/
lem suam . et pardus varietates suas et vos poteritis facere bonum . cum
didiceritis mala . quod pellis ethiopum et pardorum varietas discipline
est non nature . que docetur et discitur . et tamen auferri non potest vicio molli ma/
ligni . ihesu pecu tui omnia possibilia sunt . Vnum loquitur adeo quod solus deus est
medicus . Sana me domine et sanabor . saluum me fac domine et saluus ero . tu
es gloria mea . et spes mea . Si enim adgratione mea infelicitatem
quoque ? nichil aliud . in hoc possum loqui . Maledictus homo qui
annunciauit patri meo dicens . Ecce natus est tibi puer . fiat hoc tibi
sicut vrbibus quas subuertit deus . quare enim non statim in vulua mortuus
et fuit michi sepulchrum mater mea . et vulua eius miseriis sempiternis
Cur egressus exiuit vt viderem labores et miserias . et consumerentur dies mei
in erumpnis . Tantum de sua confusione securus est . et se ostendit in fortitudine
vt mortem preferat vite . Nouerat enim voluntas sua . et potentiam eius que
celare nichil potest . Num loquitur per prophetam deus . appropinquus ego . et non procul
qui enim celum et terram impleat et terram nullus potest eius vitare noticiam et cordis
occulta celare que scrutatur renes interospicit et vt sciamus dei esse
bonum omne quod gerimus . Ego autem plantabo eos ut nequaquam eradicentur
et ego dabo eis cogitationem et sensum ut intelligant me . Si cogitatio
et sensus dantur a deo et intellectus domini ex illius qui noster deus est radice
pullulat . vbi est liberi tamen arbitrij superba iactatio . volumus stire gratiam
nostram audiamus hystoriam . Ioachym rex iuda tunc quoque socij eius et prin/
cipes auditis sermonibus vrie . voluerunt occidere eum quod tunc ille dixi/
sisset timore perterritus fugit in egiptum . Cur mortem timebat . quod explicabat
sententias dei et qui ad se mitti domini nouerat voluntatem . de digna/
mur personaliter auxilium dei . et ad illius nutum cuncta gerere negligimus .
cum legamus sanctos viros etiam hominum indiguisse presidio . Precipitatur
hieremias et manifeste dicitur quod auxilio ei fuit manus achiam filij sa/
fan ne traderetur impietatem vulgi et obrueretur lapidibus . Abolitis legis
cerimonijs et duro pondere veterum preceptorum committitur euangelij gratia
legemque domine pollicetur . vt omnes eum nouerint a minimo vsque ad maximum
dicens . dimittam peccata eorum et iniquitatem illorum memor vltra non ero .

Aliud aut habuerint sancti viri in veteri lege iusticiam sequenti
sermone demonstrat. Sed filij isrl et filij iuda iniquitatem fece
perunt in cōspectu meo. Ab adolescentia sua usq in presentē diem. et
civitas ihrlm ab initio cōditionis sue usq ad diem eversionis sue
me ad iracundiam provocavit. Attende quid dicat. finē iunge principio
omē mediū tempus in vicio est. Iheremias sanctificatus antequā natus
ergo ppha veteris testamenti pertimescit sedechiā. et flebiliter obsecrat dicens.
dicens. Nunc ergo dñe mi rex audi deprecationem meā. et prevaleat ap te de
precatio mea ne remittas me in domū Jonathan scribe ne ibi peream
Ppha tunc times impium regem: quare eū metuis: quē nosti iam
iamq periturū. Carcerem reformidas cui pater paradisus est respondebit
michi. homo sum in carne mortali. et corruptibili constitutus. dolorē
sentio. horresco cruciatus. quos etiā dñs meus pro nostra salute sensurus
est miseretur humani generis deus. et nō vult perire. quos fecit. Noli timē
Jacob dicit dñs. ego eni sum tecum. et interficiam omes gentes in quas
dispersi te. Te vo ipm perire non faciam. sed castigabo te in iusticia
et ita miserebor tui ut te innoxium nō relinquam. Vnde et nos dicimus
esse iustos. sanctos viros. et post peccata placentes deo. nō suo tm merito.
sz et eius clementia. cui omnis creatura subiecta est. et indiget mīa eius.
Audiat heretici qui elevantur superbia. et dicunt ipsi nobis sermonis contra
audiat illud quod audivit moab. Audivimus superbiam moab. superbus est
valde. Altitudinis illius et elationem et gloriationem et inflationē cordis
ego cognovi. dicit dñs quam nequam iuxta inflationem eius et fortitudo illius
est. Utq adhuc temere homines inimici autē eorum haud dubium quin
egregio dm. Confirmat dicentes. Nō peccavimus tu peccaverit impul
chritudine iusticie et expectatore patrum. Dominum vis scire. qui
omnia firmant. Audi eundem ppham. In tempore illo dicit dñs queretur iniquitas
isrl et nō erit. et peccatum Juda et nō invenietur. Cur quēso : scilicet qz propicius
ero illis. Ubi aut propiciatio est. preteriit ante peccatum. tolle ergo posse. et con
cedam omnia deo donante subsistere. Bonum est prestolari cum silentio
salutare dm. Bonum est ponere in pulvere os suum dare percucienti se max
illam. saturari obprobrijs. spes habere in dño. Si enim abiecerit et miserebitur
iuxta multitudinem misericordiarum suarum. Nec eni humiliavit corde suo
et abiecit filios hominum frustra murmurat homo pro peccatis suis
Scrutemur vias nras et queramus et revertamur ad dñm. Levemus corda
cum manibus ad dñm in celum. Dicamus qz ei inique egimus. et ad iracundiam
provocavimus. Ideo tu inexorabilis es. Daniel ppha loquitur ad nabucho
donosor qui dicitur rex excelsus regni hominum et dedit illud cuicumq voluit. et
extremum atq pictum constituat super illud. Interroga eum qua causa
ultimum atq despectum constituat in regem et faciat quod voluit.
et discute utrum ipsius voluntas iusta sit. De quo scriptum est qui constituat

de stercore humile et desertos eleuat pauperem. vt collocet eum cum princi-
bus. cum principibus populi sui. An forsitan iniuste absque iudicio atque iusticia
gloriam dedit quaerit amicum et popularem vt humiles erigat in regnum et plures
humilitate commutet. Audi prophetam dicentem. Omnes habitatores terre quasi
nichil reputati sunt. apud eum. facit enim quecumque voluerit in celo et in terris
et nemo est qui resistat fortitudini eius. aut possit dicere quare hoc fecisti
cuncta eius opera in veritate. et vie illius in iusticia et superbientes potest
humiliare. Anthiochus epiphanes rex crudelissimus subuertit altare
ipsum et fecit iusticiam conculcari quia concessum ei erat a deo. causasque
reddit propter peccata plurima. Ergo non fecit quod ipse tantum voluit. sed et quod
dominus propter populi peccata concessit. Denique sequitur. et non ex propria fecit fortitudine
sed excusans impio qui precepit vt fieret. Illud autem quod in oratione sua loquitur
peccavimus inique egimus iniuste gessimus et recessimus a mandatis tuis et
institutis tuis et cetera istiusmodi solet is dicere quod et daniel et omnes prophete
non pro se qui sancti erant. sed ex persona populi sunt loquuti. ad versum quem opponis
ipse respondebit et dicet. Cum adhuc orarem. et confiterer peccata mea
et peccata populi mei israhel. Vides ergo quod tam pro peccatis suis quam pro peccatis
populi dominum sit precatus. et effuderit obsecrationes suas in conspectu domini dei sui.
Vis iterum nosse. quomodo peccatum et iniquitas finiatur. quamquam diuersa sit auctorum inter-
pretatio. Audi eundem prophetam. Septuaginta ebdomades complete sunt
super populum tuum. et super ciuitatem tuam sanctam vt compleantur iniquitates et finem
accipiat peccatum. ut dissipetur iniquitas et reuertatur iusticia sempiterna.
Quando ergo ille finis adueniat. et corruptiuum hoc atque mortale in corruptionem
atque in mortalitatem mutetur. Necesse est nos subiacere peccato non nature et
conditionis vt tu calumniaris vicio sed fragilitate et commutatione vo-
luntatis humane. que per momenta variatur. Quia deus solus est immutabilis.
Queris vbi abel. vbi enoch. Vbi ihesus filius naue. Vbi helyseus ceterique
sanctorum peccauerint. non est necesse nodum in scirpo querere. Vtinam
possem et manifesta reticere peccata. Si vis a me verum audire nescio. Nichil
inquit michi conscius sum. nec tamen in hoc iustificatus sum. Homo videt
in faciem. deus in corde. Apud tuam consciam atque conspectum nullus iusti-
ficatur. Vnde et paulus loquitur confidenter. Omnes peccauerunt et
indigent gloriam dei. et conclusit deus omnia sub peccato vt omnium mi-
sereatur et cetera que sepe replicauimus.

Explicit secunda pars huius libri
Incipit pars tercia eiusdem

C. lxxi. Delectatus sum tuorum multiplicatione sermonum de quibus
scriptum est: In multiloquio non effugies peccatum. Sed quid ad causam?
Certe hoc fateberis eos qui Christi baptisma consecuti sunt non habere
peccatum. Et si absque peccato sunt iustos esse. Qui semel iusti fuerint si egerint
sollicite posse in sempiternum iustitiam custodire, ac per hoc omne vitare peccatum.
Atti. Non erubescis explosam atque damnatam Ioviniani sententiam sequi?
Et ille enim his testimoniis iisdemque nititur argumentis, immo tu illius inventa
sectaris in oriente docere desiderans que olim Rome et dudum in Africa con-
demnata sunt. Lege ergo quid illi responsum sit et tibi responsum dicito. In
dogmatibus enim et questionibus disserendis non persona sed causa querenda est.
Et tamen hoc scito baptisma preterita donare peccata, non futuram servare iustitiam,
que labore et industria ac diligentia et super omnia dei clementia custoditur,
ut nostrum sit rogare, illius tribuere quod rogatur; nostrum incipere, illius perficere; nostrum
offerre quod possumus, illius implere quod non possumus. Nisi enim dominus edificaverit
domum, in vanum laboraverunt qui edificant eam. Nisi dominus custodierit ci-
vitatem, in vanum vigilat qui custodit eam. Unde et apostolus precipit: Sic
currite ut comprehendatis. Et omnes quidem currunt, sed unus accipit coronam.
Et in psalmo scriptum est: Domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos.
Nostra enim victoria et corona victorie illius protectione et clipeo perpetratur. Et hic
currimus ut in futuro comprehendamus. Ubi accipiet coronam qui in hoc seculo
victor extitit. Nobisque post baptismum dicitur: Ecce sanus factus es, iam noli
peccare, ne quid tibi deterius fiat. Et nescitis quia templum dei estis et spiritus
dei habitat in vobis? Si quis templum dei violaverit, disperdet eum deus. Et in
alio loco: Deus vobiscum est quamdiu estis cum eo; si dereliqueritis eum, et derelinquet
vos. In cuius putas de lavacro atque sacrario Christi puritas permanet, templique
sanctitas nullo nubilo contristatur? Quod ipse utique habere non possumus, quod
de sancto falso false per te gloriantur. Quanto magis animi, ut sic facies hominum
sunt et corda diversa. Si fieri posset ut semper ea qua baptismate mersos teneret
voluntatia nos desuper peccata non tangerent. Spiritus sanctus tueretur, sed impugnat
inimicus nec victus recedit, sed semper in insidiis est ut sagittet in obscuro
rectos corde. In evangelio iuxta Hebreos, quod Chaldeo quidem Syroque sermone
sed Hebraicis litteris scriptum est, quo utuntur usque hodie Nazareni secundum apostolos
sive ut plerique autumant iuxta Mattheum, quod et in Cesariensi habetur
bibliotheca, narrat hystoria: Ecce mater domini et fratres eius dicebant ei: Iohannes
Baptista baptizat in remissionem peccatorum, eamus et baptizemur ab eo. Dixit
autem eis: Quid peccavi ut vadam et baptizer ab eo? Nisi forte hoc ipsum
quod dixi ignorantia est. Et in eodem volumine: Si peccaverit, inquit, frater tuus
in verbo et satis tibi fecerit, septies in die suscipe eum. Dixit illi Symon discipulus
eius: Septies in die? Respondit dominus et dixit ei: Etiam ego dico tibi usque septu-
agies septies. Etenim in prophetis quoque postquam uncti sunt spiritu sancto inventus est

sermo p(ec)ti. Vir ap(osto)licus martir scribit audacter. elegit d(omin)us ap(osto)los qui
sup(er) om(n)es p(ec)c(at)ores erant. De quor(um) celeri q(ue)stione et psalmus canit.
multiplicate sunt infirmitates eor(um) p(ost)ea accelerauerunt. q(ui)b(us) testimonijs
si n(on) uteris ad auctoritate(m). utere saltem ad antiquitatem. quod omnes eccl(esi)a(sti)ci
viri senserint. Fac aliquem baptisatum vel statim vel in ip(s)is dieb(us) morte
subtractum ut concedam tibi q(uo)d concedere non debeo. nec cogitasse aliquid
nec loquutum in quo erroris et ignorantia labaret. Num ideo sine p(ecca)to
erit q(ui)a videbit(ur) n(on) sup(er)asse. sed fugisse p(ecca)t(u)m. ac non potius q(ui)a dei
m(isericordi)a de p(ec)catorum carcere liberatus migrauit ad d(omi)n(u)m. Hoc et nos dicimus
posse deum q(uo)d(cumque) voluit. et hominem p(er) se et p(ro)p(r)ia voluntate q(uo)d tu asseris
sine p(ecca)to esse non posse. Sin aut(em) p(otes)t frustra tue iunxisset g(rati)am. qua
potens n(on) indiget. Q(uod) si n(on) p(otes)t absq(ue) g(rati)a stulte te dixisti posse. q(uo)d
n(on) potes. q(ui)cquid enim ex alterius pendit arbitrio n(on) eius esse que posse con/
tendis. sed illius sine quo eum non posse p(er)spicuum est. Critt(obulus). Rogo q(uo)d
ista putas ymo absq(ue) racione contencio. ne hoc quidem m(ichi) das ut egressus
aqua baptismatis sine p(ecca)to s(i)t. Atti(cus). Aut ergo sensum meum verbis ex
plicari non valeo aut me explicante tu ad intelligendum tardior es.
Critt(obulus). Quo m(od)o. Atti(cus). Recordare q(uo)d et tu dixeris. et ego quid
loq(ua)r. Posuisti posse hominem sine p(ecca)to esse. si velit. Ego hoc impossibile
in homine esse respondeo. Non q(ui)a statim de baptismate homo p(ecca)to
non careat. sed illud t(em)p(u)s q(uo)d sine p(ecca)to est nequaq(ua)m possibilitati humane.
sed dei g(rati)e deputat(ur). Tolle ergo posse. et ego esse concedam. quod morte finit(ur)
aut certe si ultra vita(m) p(ro)traxerit delicti et ignorantie p(er)iculo subiacet. Critti(obulus).
Dyalettica me arte concludis. et n(on) xp(ist)iana loqueris simplicitate no/
dos m(ichi) quosdam int(er) esse et esse posse concinnans. Atti(cus). Ego ne (a)b or(um)
strophis ludo. cuius hoc dictus p(ro)tesserit officina. Tu enim dixis. Non esse
hominem absq(ue) p(ecca)to. sed esse posse. cui econtrario ego tibi refundo quod negasti
esse hominem sine p(ecca)to p(ro)p(ter) dei g(rati)am. At(que) p(er) se esse. et n(on) posse. Critt(obulus). Frustra
ergo dant(ur) p(re)cepta. si ea implere non possumus. Atti(cus). Deus possibilia
mandauit. Hoc nulli dubium est. sed quia homines possibilia n(on) fecerunt.
Ideo omnis mundus subditus est deo. et indiget m(isericordi)a eius. Aut certe si ostendere
potius qui uniusa (?) compleuerit. tunc poteris demonstrare hominem q(ui) n(on) indiget
m(isericordi)a dei. omne enim q(uo)d fieri p(otes)t. t(ribus) (?) constat t(em)p(or)ibus. aut preterito. aut p(rese)nti.
aut futuro. Hoc quod asseris posse hominem sine p(ecca)to esse. si velit. monstra
factum esse p(re)t(er)ito. aut certe nunc fieri de futuro postea videbimus. Quod si nullum
potes ostendere qui sine omni p(ecca)to aut fuerit. aut s(i)t. restat ut de futuro
tecum disputandum s(i)t. interim in duob(us) t(em)p(or)ib(us) preterito atq(ue) p(rese)nti victus teneris.
Si aliquis p(ost)ea fuerit maior patriarchis. ap(osto)lis p(ro)ph(et)is. q(ui) p(ecca)to carerent.
Aut futuro de futuro. si potuero p(er)suadeto. Critti(obulus). Loquere ut vis ac/
gumentare ut libet. nunquam michi libere extorqueb(is) arbitrium. et q(uo)d

contristet deus nec valebis auferre quod michi tribuit posse si voluero
Atti. Exempli gratia uno tibi utar testimonio. Inveni david
filium yesse virum secundum cor meum qui faciet omnes voluntates meas.
David sanctum esse non dubium esse est et tamen quia electus est ut omnes
dei faceret voluntates aliqua fecisse reprehenditur. Utique possibile ei erat
facere qui ad hoc electus est ut cunctas dei faceret voluntates. Sed ille qui
predicta. Nec deus in culpa est qui predixit eum cunctas suorum preceptorum
facere voluntates sed ille qui predicta non fecit. Neque enim dixit inveni se
virum qui cunctas imperium sue iussionis faceret voluntates. Hoc et
nos dicimus posse hominem non peccare si velit pro tempore pro loco pro imbecil/
litate corporea quamdiu intentus est animus. Quamdiu corda nullo vicio laxatur
mcythara quod si paululum remiserit quasi ad adversum flumine lembum trahit
si remiserit manus statim retro labitur et fluctibus aquis quo non vult ducitur
sic humana condicio si paululum se remiserit discit fragilitatem suam et
multa se non posse cognoscit. Putasne apostolus paulus eo tempore quo scribebat
litteram sine penula quam dimiserat troade apud carpum veniens afferre
libros maxime membranas de celestibus cogitasse misteriis et non
de hiis que in usu sunt vite et corporis necessaria sunt. Da michi hominem
qui non esuriat non siciat non algeat non doleat non febricitet non tor/
minibus et urine difficultatibus torqueatur et ego tibi concedam posse hominem
nichil aliud nisi de virtutibus cogitare. Ceditur apostolus a ministro et contra pon/
tificem qui eidem iniuriabat sententiam dirigit. Percuciat te deus paries de
albate. Ubi est illa paciencia salvatoris qui quasi agnus ductus ad victimam
non aperuit os salvatoris suum sed clementer loquitur verberanti. Si male
locutus sum argue de malo si autem bene quid me cedis. Non apostolo
detrahimus sed gloriam domini predicamus qui in carne passus iniuriam carnis
superat fragilitatem ut taceam illud quod esse ipse commemorat. Alexander/
erarius multa mala michi ostendit. Reddat illi dominus in illa die iustus index
Crit. Cogis me ut loquar quod iam dudum gestio et tua conscientia tamen
non promo. Atti. Quis te enim prohibet quod sentis dicere. aut enim bonum
est quod dicturus es et nos bono fraudare non debes aut malum et id/
circo non in gratiam sed pudore siluisti. Crit. Dicam dicam aliquid quod
sentio omnis disputacio tua illud dilabitur ut naturam accusetis et
culpam referatis ad deum qui talem hominem condidit. Atti. Hoc illud
erat quod volebas et nolebas dicere. Dic dic queso ut omnes tuam
sciant prudenciam. Reprehendis deum quare hominem fecerit homines repre/
hendant et angeli cur angeli sint. Omnis creatura causetur quare id sit
quod condita est et non id quod condi potuit. Sic in ... in pluribus declamat
Iniuriam ludendum est et actum circa licet quod formica usque ad cherubim
venians et seraphim cur non singula in meliori statu condita sint
Cumque ad excelsas venero potestates causabor et dicam quare deus solum

tantum deus sit et non omnia deos fecit. aut enim impossibilitas iuxta
te aut in iudicio reus erit. Responde cum tu et dyabolum in hoc
mundo tuum esse contendat et auffer coronam cum certamen abstuleris.
Cryti. Non sum tam vecors ut querar cur dyabolus sit cuius
inuidia mors introiuit morbum certamen sed hoc doleo cur viri eccle-
siastici et qui nigrorum se usurpat vocabulum tollat liberum arbitrium
quo sublato manichei secta construitur. Atti. Ego ne liberum
tollo arbitrium qui in tota disputacione mea nichil egi aliud
nisi ut omnipotentiam dei cum libero arbitrio reseruarem. Cri. Quo
liberum seruas arbitrium qui dicis hominem nichil posse facere nisi deus
semper adiuuerit. Atti. Si culpa est qui libero arbitrio iungit ad-
iutorium dei ergo ille laudet qui tollit auxilium. Cryti. Non tollo aux-
ilium dei quippe per eius graciam possumus omne quod possumus. sed utrumque suis
finibus terminamus ut et dei sit gracie quod dedit liberi arbitrii potestatem
et nostre voluntatis facere quod uel non facere quo et facientibus premium et
non facientibus pena seruetur. Atti. Videris michi obliuiosus esse
et quasi nichil superdictum sit per easdem disputaciones reuerti lineas
Hoc enim longa disputacione conclusum est ut graciam suam deus quos
concessit arbitrium in singulis operibus iuuet atque sustentet. Cryti. Sed
coronat et laudat in nobis quod ipse operatus est. Atti. Voluntatem
nostram que obtulit omne quod potuit et laborem quo contendit ut faceret.
et humilitatem que semper respexit ad auxilium dei. Cryti. Ergo si non
fecimus quod precepit aut voluit nos adiuuare deus aut noluit. si vo-
luit et adiuuit et cum fecimus quod voluimus non vos sed ille superatus est
sin autem noluit adiuuare non est culpe qui voluit facere sed illius qui
iuuare potuit et noluit. Atti. Non intelligis ΔΙΑΕΚΙΜΑΤΟΝ
tuum inunde blasphemiarum decidere baratrum ut ex utraque parte aut
inualidus sit deus aut inuidus et non tam ei laudes sit quod bonorum
auctor est et adiutor quantum vituperacionis quod mala non cohercuit.
detrahatur ergo illi cur dyabolum esse permiserit cur passus sit. et
hucusque paciatur quottidie aliquid in mundo mali fieri. quod querit hoc
marcion. et omnes hereticos canes qui vetus laniant testamentum
et huiuscemodi sillogismum texere consueuerunt. Aut sciuit deus
hominem in paradiso positum preuaricaturum esse mandatum illius aut
nesciuit. si sciuit non est culpa qui presciencia dei non potuit sed
ille qui talem condidit ut dei non posset scienciam deuitare. Si
nesciuit an prescientiam tollis auffers et diuinitatem. Hoc enim genere in
culpa erit qui elegit Saul futurum regem impyissimum et saluator
aut ignorantie aut iniusticie tenebitur reus. Cur in ewangelio
sit loquutus. Nonne duodecim vos ego legi apostolos et unus de
vobis diabolus est. Interroga eum cur iudam elegerit proditorem.

cur ei loculos commiserat · quem furem esse non ignorabat · Vis audi-
re rationem deus presentia · quem novit talem fore · quis sibi postea dis-
pliceat · sed tante bonitatis est et ineffabilis clemencie ut eligat
eum · quem interim bonum cernit · et scit malum futurum · dans ei po-
testatem conversionis et penitencie · Iuxta illum sensum apostoli · Ignoras
quia benignitas dei ad penitenciam te adducit · secundum duriciam autem
tuam · et impenitens cor thesaurizas tibi iram in die ire et re-
velacionis iusti iudicii dei qui reddet unicuique secundum eius opera · Neque
enim ideo peccavit adam · quia deus hoc futurum noverat · sed prescivit deus ·
quasi deus · quod ille erat propria voluntate facturus · Causa ergo deum
mendacii qui dixerit per Ionam · Adhuc tres dies et ninive subvertetur
sed respondebit tibi per Ieremiam · ad summam loquar contra gentem et regnum
ut eradicem et destruam et disperdam illud · si penitenciam egerit gens illa
a malo suo quod locutus sum adversum eam agam et ego
penitenciam super malo quod cogitavi ut facerem ei · Et ad summam loquar de
gente et regno ut edificem et plantem illud · si fecerit malum in
conspectu meo · ut non audiat vocem meam · penitenciam agam super bono
quod locutus sum ut facerem ei · Indignabatur quondam et Ionas
cur deo fuerit iubente mentitus · sed iniusti erroris arguitur malens
cum pernicie innumerabilis populi verum dicere · quam tantorum salute mentiri
ponitur ei exemplum · tu doles super hedera · sive cucurbita · in qua
non laborasti · neque fecisti ut cresceret · que sub una nocte nata est ·
et una nocte periit · et ego non parcam ninive civitati magne
in qua sunt plusquam centum viginti milia hominum · qui nesciunt quid
sit inter dexteram et sinistram suam · si parvulorum etatis et simplicium
quos certe peccatores fuisse non potes approbare tanta sunt hominum milia
quid dicemus de universa etate diversa · que iuxta philonem et pruden-
tissimum philosophorum ab infancia usque ad decrepitam senectutem septena-
rio ordine devolvitur · dum hec sic in unam etatem intemerata sunt
cedunt ut quod de alia transeamus ad aliam sentenciam minime valeamus
Crit · Tota argumentacio tua huc tendit ut quod greci dicunt
AVTEZOVCIO et nos liberum appellamus arbitrium · vocabulo te-
nus habeas re auferas · Tu enim auctorem peccatorum facis deum dum
asseris nichil hominem per se posse facere sine auxilio dei · cui impu-
tetur omne quod facimus · Nos autem sive bonum sive malum homo fecerit
per liberi arbitrii potestatem ei dicimus imputari qui fecit quod voluit
et non ei qui semel liberum concessit arbitrium · **Attic** · Quamvis
tergiverseris laqueis veritatis innecteris · hoc enim modo eciam
si ipse non adiuvat tamen iuxta te auctor erit malorum qui potuit
prohibere et non prohibuit · Vetus enim sententia est homicidam esse eum

qui eum posset hominem de morte liberare non liberat. Crit. Iam
iam tollo manum cedo vicisti. si non vincere est veritatem velle subdu-
cere non rebus sed sermonibus idest non veritate sed mendacio.
Possum enim tibi illud apostoli respondere et si imperitus sermone non tamen
scientia qui enim loqueris tortuosis argumentationum strophis tibi videor
assentiri. Cum autem tacuis ex ratio rursus elabitur. Ut liquido appareat
disputationem tuam non ex fontibus veritatis et christiana simplicitate sed
ex philosophorum minuciis et arte descendere. Atti. Vis ergo me scrip-
turarum uti rursum testimoniis et quomodo iactant discipuli tui
nullum argumentationibus tuis posse per pleumatibus respondere. Crit.
Non solum volo sed et cupio. Doce me de scripturis sanctis ubi
sublata liberi arbitrii potestate faciat homo quod potest aut noluit aut
non potuit. Atti. Non ita ut tu proponis sed ut vitas posset et
ratio scripturarum vocibus est utendum. Loquitur Iacob ignoratione
sua. Si fuerit dominus deus mecum et custodierit me in via per
quam ego pergo et dederit michi panem ad comedendum et vestimen-
tum ad operiendum et reduxerit me cum salute in domum patris mei erit
michi dominus in deum et lapis iste quem posui in titulum erit michi
domus dei et omnium que mihi dederis michi decimas offeram tibi. Nun-
quid dixit si liberum arbitrium conservaverit et cibum et vestimenta meo
labore quesiero et reverterer in domum patris mei. Omnia dat domini vo-
luntati. Ut mereatur accipere quod precatur reus tenti de mesopotamia
Iacob angelorum occurrit exercitus et vocatur castra dei. postea pugnat
cum angelo sub figura hominis et a domino confortatur. de supplantatore Iacob
rectissimus dei nomen accepit. Neque enim adfratrem crudelissimum au-
debat reverti nisi domino presidio roboratus. Scriptum est quod confestim
Ortus est ei sol postquam transivit Phanuhel quod interpretatur facies
dei. Unde loquitur et moyses. Vidi dominum facie ad faciem et salva facta
est anima mea non proprietate nature sed dignatione miserentis. Oritur
ergo nobis sol iusticie qui vultu domini confirmamur. Ioseph in egipto
carcere clauditur. Ibi quoque infertur quod custos carceris omnia potestati eius
fideique commiserit. Causa quoque redditur quia dominus erat cum eo. et quecumque
faciebat prosperabantur a domino in manibus eius. Unde et eunuchis sompnia
suggeruntur et pharao vidit sompnium inextricabile. ut per hanc occa-
sionem liberetur Ioseph patrem pasceret et fratres egiptiis famis tempore
salvarentur. Loquitur. Dixit autem deus ad israhel in visione noctis
Ego sum deus patrum tuorum noli timere descendere ~~terram~~ in egiptum in
gentem enim magnam faciam te ibi et ego descendam tecum in egiptum
et educam te inde. et Ioseph ponet super manus suas oculos tuos
Ubi est hic liberi arbitrii potestas. et non totum quod vere non audet

ad filium et genti se totum committere dominum nescienti. dei patrum eius auxilium
est. Liberatur populus de egipto in manu forti et brachio excelso. non moysi
et aaron. sed eius qui signorum miraculis populum liberavit. et ad extremum
percussit primogenita egipti. ut qui prius retinebat permanentes ardenter
exire compelleret. Salomon loquitur. Esto confidens in domino in toto corde
tuo. in tuam autem scientiam sapientiam ne exalteris viis tuis cognosce eum. Ut rectas
faciat vias tuas. Intellige quid loquatur nec insipientiam tuam. nec de
ullis virtutibus confidendum. sed in solo domino a quo gressus hominis diriguntur.
Deinde precipit. Ut ostendamus ei vias nostras. et notas esse faciamus
quia non labore proprio. sed illius adiutorio atque clementia recte fuit. Unde
scriptum est. rectam fac in conspectu tuo viam meam. ut quod tibi rectum esse fa-
ciamus videamur. Idem Salomon loquitur. devolve super dominum opera tua et fir-
mabuntur cogitationes tue. tunc enim nostra cogitatio confirmatur cum omne quod
agimus quasi super stabilem devolvimus eique cuncta reputamus. Apostolus paulus
cum dei beneficia celesti sermone narrasset ad extremum intulit. et ad hec
quis ydoneus. Unde et in alio loco dicit fiduciam autem talem habemus per
xpm ad deum. non quod sufficientes ~~sum~~ simus cogitare aliquid a nobis quasi
ex nobis sed sufficientia nostra ex deo est. qui et ydoneos nos fecit ministros
novi testamenti. non littere sed spiritus. Littera enim occidit. spiritus autem vivificat.
Adhuc audemus per liberum arbitrium superbire et abuti beneficiis dei in
contumeliam largitoris. Cum idem vas electionis sapientissime scribat.
Habemus autem thezaurum istum in vasis fictilibus ut abundantia forti-
tudinis sit ex deo. et non ex nobis. Unde et in alio loco retundens hereticorum
impudentiam loquitur. Qui gloriatur in domino glorietur. neque enim qui se ipsum com-
mendat ipse est probatus. sed quem dominus commendat. Et iterum. nichil enim mi-
defuit ab hiis qui supra modum sunt apostoli. licet nichil sim. petrus loquitur ad
dominum. signorum magnitudine conturbatus. Recede a me quia peccator
sum. et dominus ad discipulos. Ego sum vitis. Vos rami. qui manet in
me. et ego in eo. iste affert fructum multum. quia sine me nichil po-
testis facere. Sic rami et flagella vicium illico contabescunt. cum fuerit
si a dei auxilio deseratur. Nemo inquit potest venire ad me. frangit superbi-
entem arbitrii libertatem. quod etiam si velit ad xpm pergere nisi fiat illud.
quod sequitur. pater meus celestis traxerit eum. neque quam cupiat frustra
nitatur. Simul et hoc animadvertendum quod qui trahitur. non sponte currit. sed ad
retractans et tardus aut invitus adducitur. Qui non potest suis viribus
et labore venire ad ihesum. quo potest per omnia sibi peccata vitare. et vitare
imperfectum. et dei sibi potentie nomen assumere sicut ille anamartetos et
ego anamartetos. quod inter me et deum erit distantia. Unum adhuc
ponam testimonium. ne tibi et auditoribus tuis fastidium faciam. ast vero
que septuaginta interpretes artaxerxen vocant. somnus aufertur ab oculis

Ut commentarios fidelium in se replicans misteriorum inveniat mardocheum
cuius indicio de insidiis liberatus est. ut hester commendabilior fieret
et cunctus populus iudeorum imminentem vitaret necem. Certe rex potentissimus
qui ab india usque ad septentrionem et ethiopiam cunctum possidebat orien-
tem. post largissimas epulas et cibos toto orbe quesitos dormire cupi-
ebat et sompno requiescere. at liberum arbitrium dormiendi nisi deus
provisor bonorum omnium impedisset nature ordine. ut tamen natam tyranni
crudelitatem vinceret. Longum est si voluero cuncta sanctorum scripturarum
exempla proferre. totus sermo sanctorum adderum oracio est. tota oracio
et deprecacio extorquet clemenciam creatoris. ut qui nostris viribus et studio
salvari non possumus illius misericordia conservemur. Ubi autem misericor-
dia et gratia est liberum ex parte cessat arbitrium. quod in eo tantum est. Ut
velimus atque cupiamus laboremus annitimur illius ope et auxilio im-
plere valeamus. Crit. Ergo semper licet dixeram non in singulis
operibus nostris sed in gratia condicionis et legis sentiri auxilium dei
ne liberum frangeretur arbitrium. Ceterum sunt plerique nostrorum qui omnia
que agimus dicunt sibi presidio dei. Atti. Qui hoc dicit vester esse
cessabit. Aut ergo et ipse dicito ut noster esse incipias. aut si non
dicis alienus eris cum his qui id non dicunt. Crit. Tuus ero si
meo dixeris. ymo tu meus si adversa non dixeris. Sana corpora con-
fiteris et animam que fortior est de negas sanitate. Ut enim morbus et
vulnus in corpore. Ita peccatum in anima. Quod ergo sanum aliquem hominem confiteris
ex ea parte qua corpus est. quare non sanum dicas et ex ea parte qua spiritus est.
Atti. Sequar provocacionem tuam. numquam hodie effugies veniam quocumque
vocaveris. Crit. Paratus sum ad audiendum. Atti. Et ego
adloquendum surdis auribus. Respondebo ergo ad propositum ex anima comparationem
et corpore utrumque sibi natura sequitur. quando corpus sanum dicitur. si nullo lan-
guore vexetur. ita anima absque vicio. si nulla perturbacione quatiatur. et tamen
quamvis corpus sanum sit integrumque et vegetum et cunctorum sensuum inte-
gritate robustum aut crebris aut raris infirmitatibus condolescat. et
ut firmissimum sit interrumpit vite molestiam patitur. ita animo cogitacionum
et perturbacionum impetus sustinens in super et naufragia non absque
periculo navigat. consideransque fragilitatem suam semper de morte sol-
licita est. secundum illud quod scriptum est. quis est homo qui vivat et non
videat mortem. que cunctis est intenta mortalibus non nature disso-
lucione sed morte peccati. Iuxta illud propheticum anima que peccaverit ipsa mo-
rietur. Alioquin hanc communem mortem qua et bruta solvuntur. alia. Enoch
et heliam non dum vidisse cognoscimus. Da mihi corpus quod
numquam languerit aut quod post languorem perpetua sanitate securum
sit et dabo tibi animam que numquam peccavit nec post virtutes deinceps

peccatura sit · presertim cum vicina sint vicia virtutibus · et si paulu-
lum declinaveris · aut errandum tibi sit aut preceps cadendum · quanto
enim michi rogo distat pertinacia et perseverancia parsimonia et frugalitas · libera-
litas et profusio · prudentia et calliditas · fortitudo temeritas · cautela et
timiditas · quorum alia bona alia referuntur ad mala · quod quidem et in corporibus
invenitur · si felli plus modo crescit · temperando pituita succrescit · si humores sic-
care festines inardescit sanguis · vel ex viciatis et luteus color ora per-
fundit · Certe ut cunctarum medicorum adhibeamus diligenciam et castigatis
bibamus cibis · et morborum vomitibus crudelitatem tereamus · ob causas
quibusdam et soli deo cognitis causis · vel frigore indurescimus vel febri ex-
ardescimus · Vel torminibus eiulamus et veri medici salvatoris im-
ploramus auxilium · dicimusque cum apostolis · magister salvos nos fac perimus ·
Crit · Esto ut nullus potuerit omne vitare peccatum in pueritia · Adoles-
centia · Iuventute · Numquid negare potes plurimos iustos et sanctos viros
post vicia omni se ad virtutes animo contulisse et per has caruisse peccato · Atti ·
Hoc est quod tibi in principio dixeram · In nostra esse positum potestate · vel peccare
vel non peccare et vel ad bonum vel ad malum extendere · Ut liberum servetur
arbitrium · sed hoc pro modo et tempore et condicione fragilitatis humane
perpetuitatem autem impeccantie soli reservari deo · et ei qui verbum
caro factus · carnis detrimenta · et peccata non pertulit · nec quia ad breve
possum cogis me ut possim iugiter · possum ieiunare vigilare ambulare · legere
psallere · sedere · dormire · numquid in perpetuum · Crit · Et quare in scripturis sanctis
ad perfectam iusticiam provocamur · Ut est illud · beati mundo corde · quoniam ipsi deum
videbunt · et beati immaculati in via qui ambulant in lege domini · et
dei loquentis ad abraham · Ego sum deus tuus · placeto in conspectu
meo · et esto sine macula et querela et ponam testamentum meum inter me
et te · et multiplicabo te nimis · si enim non potest fieri quod scriptura testatur
frustra precepit ut fieret · Atti · Diversis testimoniis scripturarum · eandem
questionem teris in theatrales prestigias · qui unus eodemque homine per-
sonarum varietate mutata · In martem venerem que producunt · Ut qui
prius rigidus et truculentus incesserat postea solvatur in mollitiem femineam ·
Hoc enim etiam quod nunc quasi novum obicis · beati mundi corde · et beati
immaculati in via · et esto sine macula et cetera huiusmodi apostolo respon-
dente contritum est · ex parte cognoscimus · et ex parte prophetamus · et nunc per
speculum videmus in enigmate · cum autem venerit quod perfectum est id quod
ex parte fuerat destruetur · et idcirco quod postea sit visurus deum et
beatitudo vie immaculate · et immaculatum cum abraham vivere · In umbra
possidemus et ymagine · quamvis aliquis patriarcha sit · quamvis propheta
quamvis apostolus dicitur eis a domino salvatore · Si vos cum sitis mali scitis
bona dare filiis vestris quanto magis pater vester qui in celis est · dedit

bona petentibus sit. denique et abraham cum dictum est esto sine querela
sine macula conscia fragilitatis sue cecidit pronus in terram. cumque lo-
queretur ei deus. Sara uxor tua non vocabitur ultra sara. sed sar-
ra erit nomen eius. et benedicam ei et tibi ex ea filium. et benedicam illi
et erit in gentes. et reges gentium ex ipso erunt. Statim infertur. Ceci-
dit abraham in faciem suam. risitque et dixit in mente sua. si centena-
rio nascetur filius et si sarra nonaginta annorum pariet. Dixitque ab-
raham ad deum ysmahel vivat in conspectu tuo. Cui respondit deus
Etiam ecce sarra uxor tua pariet tibi filium. et vocabis nomen eius ysaac et
reliqua. Certe audierat a deo. Ego sum deus tuus. placeto in con-
spectu meo. et esto sine macula. Et re non credidit quod deus repromisit
sed risit in corde. putans se celare deum. et aperte ridere non audens
denique causas incredulitatis exponens. Dixit in corde suo. quomodo
fieri potest. Ut centenarius de nonagenaria uxore generet filium.
Vivat inquit ysmahel in conspectu tuo quem senex. difficilia et
maiora non quero. contentus sum beneficio quod accepi. quem occulta repo-
sitione arguens deus. ait. Etiam. et est sensus. fiet quod estimas non
futurum. sarra uxor tua pariet tibi filium. et antequam ista concipiat
prius quam ille nascatur puero nomen imponam. ex errore enim tuo quo
risisti tacitus. et filius tuus ysaac risus nomen accipiat. Sin autem in do
corde putas in presenti seculo videri deum. et moyses, qui prius dixerat
vidi deum facie ad faciem. et salva facta est anima mea. postea deprecatur
ut eum videat cognoscenter. quem quia vidisse se dixerat. audit a domino
non potes videre faciem meam. Nemo enim videbit hominum faciem meam
et vivet. Unde et apostolus invisibilem solum deum dicit. et qui lucem habitet
in accessibilem. et quem nullus hominum viderit neque videre possit appellat
et iohannes ewangelista sacra voce testatur dicens. Deum nemo.
vidit unquam. Unigenitus filius qui est in sinu patris ipse narrabit quod
vidit et narrat. non quantus est ille. quod visus est. sed quantum novit ille qui
narrat, sed quantum potest mortalium sensus accipere. quod autem putas beatum
esse qui sit immaculatus in via et ambulet in lege eius. ex sequenti
sensu potest intelligi. Multis enim super testimoniis didicisti. legem
nullum potuisse complere. Sin autem apostolus ad colossenses gratie christo quod prius
lucrum arbitrabatur in lege reputavit quasi stercora. ut christum lucrifaceret.
quanto magis nos scire debemus. Ideo christum et euangelium gratiam
successisse. quia in lege iustificari potuit nemo. Si ergo in lege
nullus iustificatur quomodo ad perfectum immaculatus est in via. qui adhuc am-
bulat et ad celestia venire festinat. Certe qui in cursu est et in via
graditur minor est eo qui pervenit ad finem. Si ergo immaculatus est ille
atque perfectus qui adhuc ambulat in via et graditur in lege. quid plus

quid plus habebit ille qui ad summum vir legis quam pervenerit.
Unde et apostolus de domino loquitur quod in fine mundi et consummatione virtutum
exhibeat sibi sanctam ecclesiam non habentem maculam neque rugam. quam
vos putatis. Jam in ista carne mortali et corruptibili esse perfectam.
et audite mecum cum Corinthiis. Jam perfecti estis. iam divites
facti estis sine nobis regnastis atque utinam regnaretis. ut et nos cor-
regnaremus vobiscum. tu vero et absque omni sorde peccati intelligis. li-
cet quod sponsus loquitur ad sponsam tota pulchra es proxima mea
et macula non est in te. Juxta quod illud intelligitur ut sitis irreprehensibiles
et simplices sicut filii dei immaculati quod non dixerit estis sed sitis
In futurum differens non impleri esse contestans. ut hic labor sit
atque contentio ibi laboris virtutisque premia. Denique Johannes scribit. di-
lectissimi filii dei sumus. et nondum apparuit quid erimus. scimus
quia cum apparuerit similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est. Quamquam
ergo filii dei sumus. tamen similitudo dei et vera contemplatio. tunc nobis
repromittitur cum apparuerit in maiestate sua. Taceat superbia et tumor
illa orandi corruptit audacia. qua scribens ad viduam. quo sancti
debeant orare principias. Ille enim ad deum mundas extollit manus. Ille
preces bona conscientia fundit. qui potest dicere. Tu nosti domine quam sancte
quam innocentes quam pure sint ab omni fraude et iniuria et ra-
pina quas ad te expando manus. quam iusta quam immaculata labia et
ab omni mendacio libera. quibus tibi aut michi ministraris preces fundo.
Christianum est hec an pharisei superbientis oratio. Qui in evangelio loquebatur.
Gratias ago tibi. quia non sum sicut ceteri hominum raptores iniusti adulte-
ri. sicut et iste hic publicanus. Ieiuno bis in sabbatho decimas do omnium
que possideo. Ille agit gratias deo. quia ipsius misericordia non sit sicut ceteri homines
peccata detestans non assumens iusticiam. tu dicis. domine tu nosti. quam
sancte quam innocentes quam pure sint ab omni fraude et iniuria et
rapina. quas ad te expando manus. Ille bis in sabbato ieiunans
se dicit. ut affligat carnem vitiis lasciviente. et omnis substancie sue
dat decimas. redempcio enim anime viri proprie divicie. tu cum dyabolo
glorians. super sidera ascendam. ponam in celo thronum meum. ero similis altissimo.
David loquitur lumbi mei impleti sunt illusionibus. et corrupte sunt
et computruerunt cicatrices mee. a facie insipiencie mee. Et ne intres
in iudicio cum servo tuo. et non iustificabitur in conspectu tuo omnis
vivens. Tu sanctam et innocentem et puram esse te iactas et mundas
ad deum expandis manus. nec sufficit tibi in cunctis operibus gloriari.
nisi ab omnibus sermonibus oris quasi preter mundum esse te dicas. Inferens
quam iusta quam immaculata labia. et ab omni mendacio li-
bera. Ille tamen omnis autem homo mendax. et hoc ipsum apostolus confirmat

auditoris. Vt sit deus verax. omnis aut homo mendax. et tu ab/
omni mendacio inmaculata et iusta et libera. possidet labia. ysaias
plangit. heu michi misero qui compunctus sum. quia cum sim homo et in
munda labia habeam. in medio quoque populi inmunda labia habentis ego habi/
tem. et postea seraphim ignitum carbonem forcipe comprehensum defert
ad prophete labia purganda. Non ut tu loqueris arrogantis. sed sua
vitia confitentis. Juxta illud quod in psalmo dicitur. quid detur tibi aut appo
natur tibi ad linguam dolosam. sagitte potentis acute cum carbonibus
desolatoriis. et post tam timorem orantis quam iactantiam et confitentiam sanc/
titatis quasi stultus stultis suadere conaris. Vt in extremo dicas.
quibus tibi aut michi miserearis patrem fundo. Si sanctus es. si in no/
cens. si ab omni sorde purgatus. si nec opere nec sermone peccasti. dicente
Jacobo. qui in verbo non peccat iste perfectus est vir et potens refrenare
linguam suam. quomodo innaz deprecaris. vt videlicet plangas te et fundas
patrem. qui sanctus es et purus et innocens immaculatisque labiis
et ab omni liber mendacio. dei filius potestati. Sic christus orauit in cruce
deus deus meus quare me dereliquisti longe a salute mea verba delictorum
meorum. et rursum Pater in manus tuas commendo spiritum meum.
et pater ignosce eis. quod enim faciunt nesciunt. qui pro nobis agens gratias
dixerit. Confitebor tibi domine pater celi et terre. sic docuit et apostolos suos
ut quotidie in corporis illius sacramenta credentes audeant loqui. pater
noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum Illi nomen dei quod per se sanc/
tum est in se sanctificari cupiunt. Tu dicis nos domine. quia sancti
sint et innocentes et pure manus mee Illi inferunt. Adveniat
regnum tuum spem regni futuro tempore postulantes. ut regnante christo nequa//
quam regnet peccatum in mortali eorum corpore. Jungunt quod fiat voluntas
tua sicut in celo ita et in terra. Vt ymitetur angelos humana fragilitas
et voluntas domini compleatur in terra. tu dicis pater homo si voluerit omni care
peccato. Panem quotidianum da ~~nobis hodie~~ siue super omnes substancie pe/
tunt. quem apostoli deprecantur. ut digni sint assumptione corporis christi. et nos
per immensam sanctitatem securam quia iusticiam audacter vobis dona celes/
tia vindicatis. Sequitur dimitte nobis debita nostra sicut et dimittimus de/
bitoribus nostris. De baptismati fonte surgentes. et regenati in dominum
saluatorem Impleto illo quod de se scriptum est. beati quorum remisse sunt
iniquitates. et quorum tecta sunt peccata. statim in prima communione corporis
christi dicunt dimitte nobis debita nostra. que illis fuerant in christi confessione
dimissa. Et tu ~~arr~~ arrogans et superbus secura puritate manuum
et mundicia eloquii glorians. Quamuis sit hominis perfecto confessio. et post
vitia atque peccata virtutum plena confessio. Verum quod possunt sic esse sine
vicio. quo illi qui statim de christi fonte procedunt. et tamen iubentur dicere

dimitte nobis debita nostra · sicut et nos dimittimus debitoribus nostris
non humilitatis mendacium · ut tu interpretaris · sed pavide fragilitatis
humane suam conscientiam formidantis · Illi dicitur · Ne nos inducas in
temptationem · tu cum ioviniano loqueris eos qui plena fide bap-
tisma consecuti sunt · temptari ultra et peccare non posse · Ad
extremum infertur · Sed libera nos a malo · Quid postulant
a domino · quod habent in arbitrii libertate · O homo nunc mundus
factus es in lavacro · et de te dicitur · Que est ista que ascendit de-
albata innitens super fratruele suum · ut lota quidem sit · sed
custodire non valeat puritatem · nisi a domino sustentetur · Quomodo cupis
dei misericordia liberari · qui paulo ante liberatus es a peccatis · Nisi hac voce
qua diximus · ut cum omnia fecerimus nos inutiles esse fateamur
Pro ergo tua pharisei vincit superbiam · et publicani confessione
dampnatur · qui de longe stans oculos ad deum non audebat attollere ·
sed percutiebat pectus suum dicens · Deus propicius esto michi peccatori
Unde profertur domini sententia · Amen dico vobis · descendit hic iustificatus in domum
suam plusquam ille · Omnis enim qui se exaltat humiliabitur · et qui se
humiliat exaltabitur · Apostoli humiliantur ut exaltentur · discipuli tui exal-
tantur ut corruant · eam adulans vidue non erubescis dicere pietatem
que nusquam reperiatur in terra · et veritatem que ubique peregrina sit · in illa
potissimum commorari · nec recordaris illius sententie · Populus meus qui te beatum
dicunt · seducunt te · et semitas pedum tuorum supplantant · Laudas quoque
eam vocibus et dicis · O te felicem nimium · O beatam · si iustitia que esse
iam non nisi in celo creditur · apud te solam inveniatur in terris · doce est
hoc ante Attice lenae de terra an precipitare de celo · Id mulierculae
tribuere quod angeli non audeant usurpare · Si maior autem pietas · veritas ·
atque iustitia non inveniuntur in terris · nisi in una muliere · Ubi erunt iusti
tui quos absque peccato in terris esse iactabas · Que duo capitula orationis
et laudis solebas cum tuis imitare discipulis · ne esset vacuum pro-
tue stili tui splendor luceat · et tanta sit venustas eloquii Tul-
liani · ut testudineo incedens gradu · que secreto doces · mittis
venalia · publice non audes profiteri · O te felicem cuius preter discipulos
nemo describit libros · ut quicquid videris displicere · non tuum sed alienum
esse contendas · et quis illi tanti erit ingenii ut leporem sermonis
tui possit imitari · Clxxi · Non possum ultra differre omnibus vincitur
patientia vestrorum iniquitate verborum · Pro te quid infantuli peccaverunt
nec conscientia eis delicti imputari potest · nec ignorantia qui iuxta Ionam
prophetam manum dexteram nesciunt et sinistram · peccare non possunt et possunt
perire · genua labant · vagitus verba non explicant · balbutientes lingua ridentur

ridet. et cum misero cruciatus miseriis spirant. Atti. Animo districtus
esse cepisti ut non dicam eloquens. discipuli tui versi sunt in magistros
Anthonius enim orator egregius. in cuius laudibus tullius personat. diser-
tos se ait vidisse multos. eloquentem adhuc neminem. Noli ergo
michi oratorum et non tuis floribus ludere per quos solent imperitorum
atque puerorum aures decipi. sed simpliciter dic quid sentias. Cryt.
Hoc dico concede michi saltem esse absque peccato qui peccare non possunt
Atti. Concedam si in christo fuerint baptizati. nec illico me te-
nebis in assensum sententie tue qua dixisti. posse hominem sine peccato
esse si velit. Isti enim nec possunt nec volunt. sed sine ullo peccato per dei
gratiam sunt. quam in baptismo susceperunt. Cryt. Cogis me ut
ad invidiosum illud veniam. et dicam tibi quid enim peccaverunt ut statim
in me populorum lapides concitas. et quem verbis non potes voluntate
interficias. Atti. Ille hereticum interficit. qui esse hereticum patitur.
ceterum nostra correptione vivificatus est. Ut heresim odiens amas ca-
tholice fidei. Cryt. Si nos scitis hereticos quare non accusatis.
Atti. Quia apostolus me docet hereticum post unam et secundam cor-
reptionem vitare. non accusare. sciens quod subversus sit. et suo iudicio dam-
natus. Alioquin stultissimum est super fide mea exalterius pendere iudicio
Quid enim si te alius katholicum dixerit. statim ne assensum tribuam
quicumque te defenderit aut prava credentem bene sentire dixerit. non
hoc aget. Ut te ab infamia liberet. sed ut infamet presidio. multitudo
sociorum nequaquam te katholicum. sed hereticum esse demonstrabit.
Verum hec ecclesiastico calcentur pede. ne quem parvulis fletibus tristior
quedam ymago monstretur. Hoc nobis prestat christi timor ut omnes
alios contempnamus timores. Deinde aut defende quod credis. aut
relinque quod defendere non potes. quemcumque in defensionem tui adduxeris
non patronum sed socium nominabis. Cryt. Dic queso. et me omni libera
questione. quare infantuli baptizentur. Atti. Ut eis peccata in baptismate
dimittantur. Cryt. Quid enim commiserunt peccati. Quisquam solvitur
non ligatus. Atti. Me interrogas. respondebit tibi evangelii tuba.
doctor gentium. vas aureum toto orbe resplendens. Regnavit mors
ab adam usque ad moysen etiam in eos qui non peccaverunt in similitu-
dine prevaricationis adam. qui est forma futuri. Quod si obiectus dici hoc esse
aliquos qui non peccaverunt. intellige illud eos non peccasse peccatum quod pecca-
vit adam prevaricando in paradiso preceptum dei. ceterum omnes homines
aut antiqui propatoris adam aut suo peccato tenentur obnoxii. Qui parvulus
est parentis in baptismate vinculo solvitur. qui eius etatis que posset
sapere et alieno et suo christi sanguine liberatur. Ac ne me putes heretico
sensu hoc intelligere. Beatus martir ciprianus cuius te in scripturarum

testimonijs digerendis emulum gloriaris. in epistola quam scribit
ad episcopum fidum de infantibus baptisandis hec memorat. porro autem
si etiam gravissimis delictoribus et in deum multo ante peccantibus
cum postea crediderint remissio peccatorum datur et a baptismo atque gratia nemo
prohibetur. quanto magis prohiberi non debet infans. qui recens natus
nihil peccavit. nisi quod secundum adam carnaliter natus contagium mortis
antique prima nativitate contraxit qui ad remissionem peccatorum accipien-
dam. hoc ipso facilius accedit. quod illi remittuntur non propria sed aliena
peccata. et ideo frater carissime. Hec fuit in concilio nostra sententia a
baptismo atque gratia dei qui omnibus misericors et benignus et pius est
neminem per nos prohiberi. quod cum circa universos observandum sit atque reti-
nendum magis circa infantes ipsos et recentes natos observandum
putat qui hoc ipso de ope nostra ac divina misericordia plus merentur. quod
in primo statim nativitatis sue ortu plorantes ac flentes nihil
aliud faciunt quam deprecantur. Scripsit dudum vir sanctus et eloquens
episcopus augustinus ad marcellinum/ qui postea sub invidia tyrannidis
herodiani ab hereticis Innocens cesus est duos libros de infantibus
baptisandis. contra heresim vestram. per quam vultis asserere baptisari in-
fantes non in remissionem peccatorum sed in regnum celorum Iuxta illud quod
scriptum est in ewangelio. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu
non potest intrare regnum celorum. Tercium quoque ad eundem marcellinum contra
eos. qui dicunt posse hominem sine peccato esse. si velit absque dei gratia.
Et quartum nuper ad hilarium contra doctrinam tuam multa perversa fingentem.
Alios quoque specialiter tuo nomini cudere dicitur. qui nec dum in nostras
venere manus. Unde supersedendum huic labori censeo. ne dicatur
mihi illud oracij In silvam ne ligna feras. Aut enim eadem diceremus ex
superfluo. aut si nova voluerimus dicere a clarissimo ingenio oc-
cupata sunt meliora. Hoc unum dicam ut tandem finiatur oratio
Aut novum vobis debere symbolum tradere. ut post patrem et filium et spiritum
sanctum baptisetis infantes in regnum celorum. Aut si unum et in
parvulis et in magnis habetis baptisma. etiam infantes in remissionem
peccatorum baptissandos in similitudinem prevaricationis adam. quod si iniusta
vobis videtur alienorum remissio peccatorum. quia non indiget. qui peccare non
potuit. transite ad amasium vestrum qui precelsa intellectus. et antiqua delicta
solvi dicit in baptismo. ut tuus intellectus auctoritate ducemini. etiam in
hac parte errorem sequamini etc.

Finis